Klassische Philologie

De Euripidis Fabula quae ΦΑΕΘΩΝ inscribitur restituenda.

Hermannus Volmer.

Klassische Philologie

De Euripidis Fabula quae ΦΑΕΘΩΝ inscribitur restituenda.

Commentatio philologa,

quam consensu et auctoritate amplissimi philosophorum physicorumque in alma litterarum universitate Wilhelmia Westfala Monasteriensi ordinis ad summos in philosophia honores rite capessendos

scripsit

Hermannus Volmer
Guestfalensis.

1 9 3 0

Monasterii Guestfalorum
ex officina Aschendorffiana.

Consensu et auctoritate ordinis philosophorum commentationem typis expressam esse testatur

Maximilianus Ettlinger
ordinis philosophorum h. a. decanus.

Ad ordinem philosophorum de comprobanda commentatione rettulit

Carolus Münscher
p. p. o.

Examen rigorosum habitum est a. d. V. Kal. Aug. MDCCCCXXVIII.

Parentibus
optimis dilectissimis
sacrum.

Libris usus sum potissimum his:

de Arnim, J.: Supplementum Euripideum, Bonn 1913, p. 67 sqq.
Bapp, K.: Aus Goethes griechischer Gedankenwelt. Das Erbe der Alten, 2. Reihe, Heft 6, Leipzig 1921, cap. III Goethe und Euripides, p. 79 sqq. de Phaethonte.
Blass, Fr.: Dissertatio de Phaethontis Euripideae fragmentis Claromontanis, Kiliae 1885, Progr. Univ.
Berliner Klassikertexte V, 2 (1907). Lyrische und dramatische Fragmente, bearbeitet von W. Schubart und U. v. Wilamowitz-Moellendorff. Phaethon p. 79 sqq.
Goethes Werke 41, 2 p. 32 sqq. u. p. 59 sqq., hrsg. im Auftrage der Großherzogin Sophie von Sachsen, Weimar 1903.
Hartung, J. A.: Versuch einer Anordnung der Bruchstücke von des Euripides Tragödie Phaethon. Rh. Mus. V (1837) p. 573 sqq.
— Euripides restitutus, Hamburgi 1844, II, p. 191 sqq.
Knaack, G.: Quaestiones Phaethonteae. Phil. Unters., hrsg. von A. Kießling und U. v. Wilamowitz-Moellendorff, VIII, Berlin 1886, p. 3 sqq.
Nauck, A.: Tragicorum Graecorum fragmenta, editio sec., Leipzig 1889, p. 559 sqq.
Nestle, W.: Euripides, der Dichter der griechischen Aufklärung, Stuttgart 1901.
Rau, Seb. Jan. Ever.: Epistola de Euripidis Phaethonte, Lugd. Bat. 1832.
Wagner, Fr. G.: Poetarum Tragicorum Graecorum Fragmenta, Vratislaviae 1844, II, p. 379 sqq. de Phaethonte.
— Fragmenta Euripidis iterum edidit, perditorum tragicorum omnium nunc primum collegit, Parisiis 1846, de Phaethonte p. 800 sqq.
Wecklein, N.: Tragödien des Euripides. Sitzungsberichte der k. b. Academie der Wissenschaften zu München, philos. u. hist. Cl., 1888, I, Phaethon p. 118 sqq.
Welcker, F. G.: Die griechischen Tragödien mit Rücksicht auf den epischen Cyclus. Rh. Mus. II, Suppl. 2 (1839), de Phaethonte p. 594 sqq.
de Wilamowitz-Moellendorff, U.: Hermes XVIII (1883), de Phaethonte p. 396 sqq.
— Sappho und Simonides, Berlin 1913, de Phaethonte p. 38 n. 1.

Caput I

De Phaethontis fabula quid antiqui poetae tradant.

Phaethontis fabula ex Ovid. met. II, 1 sqq. nobis notissima est. Antiquissima autem huius fabulae forma est Hesiodea [1], quam apud Romanos Hyginus (fab. 152, 154) reddit, qui Hesiodum totius suae narrationis auctorem dicit [2]. Fabula enim 154 est inscripta „Phaethon Hesiodi". Praeter Robertum disputavit de Phaethonte Hesiodeo Georgius Knaack [3], qui dicit (p. 3): „id sane effecisse Robertum censeo, ut argumentum quale fuerit in mythographorum syntagmatis probe iam cognoscatur, sed quod ipsius Hesiodi argumentum expiscatum se esse arbitratur, me quidem adsentientem non habet." Robert enim „totam narrationem praeter Pherecydis mentionem Hesiodeam esse" putat; sed concedit (p. 436): „Nur das kann zweifelhaft sein, ob auch die Kyknossage schon bei Hesiod stand oder von Hygin oder seiner griechischen Vorlage aus einer andern Quelle hinzugesetzt ist, etwa aus Phanokles." Contra Knaack dicit (p. 6): „Phaethon vero Hesiodi ut est in libro fabularum, minime argumentum unius carminis Hesiodei exhibet, sicuti visum est Roberto, sed ex variis auctoribus concinnatus est non sine gravi compilatoris errore." Propter diluvii Deucalionei mentionem Robert Phaethontis fabulam Catalogis Hesiodeis inserendam esse putabat, quam sententiam Knaack non probat (p. 7): „. . . diluvium Deucalioneum non ex Hesiodo desumptum est, sed ex syntagmate mythographi qui res illas fabulosas in temporum ordinem digerere studuit." Omnino Roberti commentatio ei non apta esse videtur, quippe quae ex illa recensione Strozziana sola a Roberto concinnata profecta sit. Qua de causa aliam ingreditur rationem. — Primum Hesiodum praeter Heliades in populos mutatas (cf. Hes. frgm. 96, v. 86 Rz. [3]) etiam electrum, quod sine Eridano fluvio ineptum esset, commemoravisse

---

[1] Cf. C. Robert, Die Phaethonsage bei Hesiod, Hermes XVIII (1883) p. 434 sqq.

[2] Ibidem p. 436.

[3] G. Knaack, Quaestiones Phaethonteae, Philol. Unters. VIII (1886) c. I, p. 3 sqq.

Knaack ostendit. Deinde non assentitur Roberto, qui ullius catasterismi mentionem factam esse negaverat. Nam cum scholiasta Strozzianus Eridanum inter astra collocatum esse dicat, apud Hyginum (cf. astr. II, 42) legimus: „(Phaethon) a Sole inter sidera sit perlatus." „Atque illum catasterismum utpote alienissimum ab Hesiodo" inquit Knaack (p. 13) „grammatici levitati deberi verissime Robertus statuit." Phaethontis igitur catasterismum, quamquam res certo diiudicari non potest, apud Hesiodum fuisse Knaack opinatur. Multa vero verba fecit Wilamowitz de Phaethonte, qui idem sit atque Lucifer vel Hesperus [4]. — „Is (Phaethon) igitur" inquit Knaack (p. 13) „olim Solis fuit filius, qui patris equos infeliciter moderatus Iovis fulmine percussus est. mortuus in stellam mutatur, cui concessum, ut Soli praecurrat; qui postquam exortus est, ipse extinguitur atque evanescit." — Sed magnopere dolendum est, quod non totam fabulam, qualem narravit Hesiodus, novimus. Suo enim iure dicit Knaack (p. 14): „Situs vero historiae . . . incertus manebit: aut in Catalogis aut in Eoeis poeta res Phaethontis concelebravit." — In Theogonia (986 sqq.) Phaethontem, Cephali Auroraeque filium, a Venere raptum et custodem aedis nocturnum factum esse tradit Hesiodus [5].

Aeschylus Phaethontis fabulam tractavit in Heliadibus, cuius tragoediae nonnulla satis obscura fragmenta (Nauck [2], frg. 68—73) exstant. Praeter Robertum [6] etiam Knaack [7] de Phaethonte Aeschyleo disseruit. Qui tragicus poeta ex Hesiodo pendere videtur. Plinio quidem teste (hist. nat. XXXVII, 11) Aeschylus primus de Heliadum lacrimis dixit. Conferre possumus frg. 72 *ἀφθονέστερον λίβα*, quod de electro, ut Knaack putat, dictum est. Fortasse neglegentiae auctoris, quo Plinius usus est, attribui potest, quod Hesiodus non nominatur. Apud Hyginum quidem lacrimae commemorantur.

Post Aeschylum Euripides poeta Phaethontis fabulam composuit. Cuius fabulae argumentum et quanta fuerit Hesiodi auctoritas ex commentatione mea satis intellegere poteris.

Maximam vero auctoritatem habuit Phaethontis fabula, quam ignotus quidam poeta Alexandrinus confecit. Quam fabulam ex Ovidio, Luciano, Philostrato, Nonno restituere Knaack studuit [8]. Ille poeta Alexandrinus, qui Euripidis fabulam minime neglexisse

---

[4] Cf. Wilam. Hermes XVIII (1883) p. 432 sq. — Rehm, P. W. VIII, 1250 sqq.

[5] Cf. p. 77.

[6] C. Robert, p. 439.

[7] G. Knaack, c. II, p. 17 sqq.

[8] G. Knaack, c. III, p. 22 sqq.

videtur, in universum secutus est Hesiodum. Narrat de incendio, a quo seiungit diluvium Deucalioneum.

Quomodo Phaethontis fabula apud recentiores poetas tractata sit ostendere longum est.

Caput II

De fragmentis fabulae Euripideae.

Fragmenta fabulae Euripideae sunt haec: duo habemus fragmenta in codice Claromontano (nunc est Parisinus no. 107), quae superiore saeculo ab Hasio, Bekkero, Blassio edita sunt. Ille codex, sexti ut putant saeculi, *στιχηδόν* scriptus epistulas S. Pauli continet. Versio Latina in alteris paginis est addita. Sed codicis librarius duo folia palimpsesta (no. 162 et 163) ex codice aliquo Euripideo sublata suo codici adaptavit. Codex Euripideus ille, qui a librario neglegentissime scriptus erat, quinti saeculi fuisse videtur[1]. Scriptura vetere deleta Claromontani librarius verba Graeca intulit. Versionem vero Latinam ille librarius non addidit, sed alteras paginas „scriptura vacare passus est". Multi quidem viri docti evanidam versuum Euripideorum scripturam medicamentis restituere conati sunt. Imprimis nominare debemus H. Hasium et Immanuelem Bekkerum, qui primi haec fragmenta descripserunt. G. Burgesius vero Britannus primus fragmenta edidit anno 1820 in Diario classico, quod Classical Journal inscribitur[2]. Deinde Godofredus Hermann ad fragmenta explicanda magnum studium contulit in dissertatione anno 1821 scripta, quam invenis in „Opusculorum" volumine tertio p. 7—20.

Etiam clarissimus noster poeta Goethe hoc loco commemorandus est, qui totam Euripidis tragoediam restituere studuit[3]. Haec enim scripsit[4]: „Das Stück ist unglaublich groß gedacht und nötigt uns zum Denken." Bapp adicit (p. 80): „. . . in »Kunst und Altertum« Bd. II Heft 1 S. 182: »Da der Mensch nicht immer schaffen und hervorbringen kann, so unterhält und erfreut ihn doch, wenn er Verlorenes aufsucht, das Zerstörte wiederherstellt, das Zerstreute sammelt, ordnet und belebt«."

---

[1] Cf. Wilamowitz, Phaethon, Berliner Klassikertexte V, 2 (1907) p. 80.

[2] Cf. Classical Journal XXII (1820) p. 156.

[3] Cf. Goethes Werke, 41, 2 Weimar (1903) p. 32 sqq. et p. 59 sqq.

[4] Cf. K. Bapp, Aus Goethes Griech. Gedankenwelt, Das Erbe der Alten II, 6 Leipzig 1921, cap. III Goethe u. Euripides, p. 79 sqq. de Phaethonte.

Praeterea Rau[5], J. A. Hartung[6], Welcker[7], Wecklein[8] de Euripidis Phaethonte scripserunt.

Subtilissime de hac fabula Wilamowitz disseruit in Hermae volumine XVIII (1883) p. 396 sqq., qui (p. 397) Goetheum quidem eam rationem, qua propositum assequi possimus, inisse dicit neque tamen consuetudinis Euripideae satis peritum fuisse. Sine dubio, quomodo tragoediam Goethe restituere conatus sit, valde miramur.

Post Wilamowitzium Fridericus Blass omnia de fragmentis contulit et nonnulla supplevit in programmate Universitatis Kiliensis anno 1885 edito. Secundum Blassii opinionem numerus versuum in singulis paginis fuit XLI, id quod ex prioris folii pagina posteriore cognoscere possumus. Scripturam vero codicis vitiosissimam correctoris manus minio emendavit. Praeterea eadem manus personarum notas et paragraphos intulit. Idem Fr. Blass litteras et codicis Claromontani et codicis Euripidei foliorum non multum discrepare demonstrat.

Praeter haec duo satis longa fragmenta codicis Claromontani papyrum anno 1901 repertam in urbe, quae Eschmunên-Hermupolis nominatur, habemus. Illam papyrum 9771 Berolinensem O. Rubensohn primus descripsit, Wilamowitz explicavit[9]. Qui in commentatione sua hanc papyrum ex Florilegio Euripideo esse contendit, quod primo a. Chr. n. saeculo compositum sit. Codex Claromontanus saepe lacunas papyri complet. Sed nonnullis locis ipsa papyri lectio incerta est, ut vera restitui vix possint. Wilamowitz papyrum Berolinensem ad primam manum codicis Claromontani referri posse putat. Cum autem nonnumquam lectiones inter se discrepent, duos hos codices ex uno eodemque fonte, qui varias lectiones a viris doctis collatas haberet, originem duxisse verisimile esse puto. Wilamowitz ipse dicit[10]: „Für die Überlieferungsgeschichte ist das Verhältnis des Florilegiums aus dem 1. Jahrhundert v. Chr. zu dem Kodex des 5. n. Chr. sehr merkwürdig."

J. de Arnim omnia tragoediae Euripideae fragmenta contulit in „Supplemento Euripideo"[11], quem librum prae aliis commentationibus in fabula restituenda adhibeo.

---

[5] Epistola de Eur. Phaethonte, Lugd. Bat. 1832.

[6] Rhein. Mus. V (1837) p. 573 (cf. Eurip. restitut. Hamburg [1844] II, p. 191 sqq.).

[7] Die griech. Tragoed. (cf. Rhein. Mus. II² [1839] p. 594 sqq.).

[8] Tragoedien des Euripides, Sitzb. d. k. b. Academie d. Wissenschaften zu München, philos. u. hist. Kl. (1888) I, p. 118 sqq. de Phaethonte.

[9] Cf. Berliner Klassikertexte V, 2 (1907) p. 79 sqq. [10] Ibidem p. 84.

[11] Supplementum Euripideum, Bonn 1913, p. 67 sqq.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΦΑΕΘΩΝ

Κλυ. δάμαρ δοθεῖσα] Μέροπι τῆσδ' ἄνακτι γῆς,
ἣν ἐκ τεθρίππων ἁρμάτων πρώτην χθόνα
Ἥλιος ἀνίσχων χρυσέᾳ βάλλει φλογί.
καλοῦσι δ' αὐτὴν γείτονες μελάμβροτοι
Ἕω φαεννὰς Ἡλίου θ' ἱπποστάσεις.
. . . .
. . . .
θερμὴ δ' ἄνακτος φλὸξ ὑπερτέλλουσα γῆς
καίει τὰ πόρρω, τἀγγύθεν δ' εὔκρατ' ἔχει.

(*Φα.*) . . . συναλλ]αγὰς θεῶν
. . . ἐ]κπέμπων πατήρ·
(*Κλυ.*) . . . . εἰς λέχος·
. . . . καὶ λόγους
. . . . ον.
. . . . ων λέχη·
(*Φα.*) . . . . νος μένῃ,
. . . . ογ . . .
. . . . νονθ' ὁρῶ
. . . . ωμενον·
(*Κλυ.*) . . . .
(*Φα.*) . . . . ς Ἡλίους.
(*Κλυ.*) . . . . λεν πατρί.
(*Φα.*) . . . . ἐλ[πί]σιν.
(*Κλυ.*) . . . . ο . . αταρι
(*Φα.*) . . . . δ]ευτέρους.
(*Κλυ.*) . . . . λέχη
(*Φα.*) . . . . λει λέγεις;
(*Κλυ.*) . . . . λι θεοῦ.
(*Φα.*) . . . . ἐ]λπίσιν
(*Κλυ.*) . . . . . . ε]λε[ύθ]ερον
(*Φα.*) . . . . ελήμεθα.
(*Κλυ.*) . . . . νσμαι φιλεῖ.
(*Φα.*) . . . . ατης γάμοι
(*Κλυ.*) . . . . ευσατεῶ.
(*Φα.*) . . . . αιπι . . ναι
(*Κλυ.*) . . . . ρωμένου
(*Φα.*) . . . . θωνοτου
(*Κλυ.*) . . . . . . εκτα· φρενί·
(*Φα.*) . . . .
. . . . . ἐν]επουσά μοι
. . . . . . λησω πατρός
. . . .
(*Κλυ.*) . . . . νον φίλον·
(*Φα.*) . . . . τ]ὰ φίλτατα.
. . . . εὖ δὴ τιθεὶς
. . . . . . δόξαν φανῶ
(desunt versus IV) (45—48)

(Κλυ.) μνησθεὶς ὅ μοί ποτ' εἶφ' ὅτ' εὐνάσθη θεός,
αἰτοῦ τί χρῄζεις ἕν· πέρα γὰρ οὐ θέμις

1—5 Strabo I p. 33 *ὅ τ' Εὐριπίδης ἐν τῷ Φαέθοντι τὴν Κλυμένην δοθῆναι φησί ‚Μέροπι—ἱπποστάσεις'.* Fr. 771 N.^{2} *δάμαρ δοθεῖσα* suppl. Nauck, *Κλυμένη δοθεῖσα* Bothe 5 *φαεννὰν* codd., in A superscript. est *ᾶς.* 6 Stob. Ecl. I p. 214, 8 W. 7 Vitruv. IX, 1, 13. Fr. 772 N.^{2}, *τανγυγναιει ευχραταεχει* codd., corr. Valckenaer. 11 *καὶ λόγους* Arnim, *παιλοσους* legit Blass 19 *ς Ἡλίου⟨ς⟩* Arnim. *οηλιους* legit Blass 22 *ο . αταρι* legit Blass, *π]ατ⟨α⟩ρί* ci. Arnim. 26 *λι θεοῦ* legit Blass, *Ἡλί⟨ου⟩ θεοῦ* ci. Arnim. 30 *νσμαι φιλει* legit Blass, *ἐν δ]υσμαῖ⟨ς⟩ φιλεῖ* ci Arnim. 32 *ευσατεῶ* Blass, *'κηδ]εύσατ' ἄν* Arnim. 33 *αιπι . . ναι* Blass, *κ]αὶ πυ[νθά]νει* Arnim. 49 *μνησθεῖσ'* Hartung. *τότ'* pro *ποτ'* Rau. *ηὐνάσθην θεός* Hartung. 50 *λέγ' εἴ τι χρῄζεις* Rau. *χρηζεις* cod. *πέραι* cod., *πέρα* Arnim.

λαβεῖν σε· κἂν μὲν τυγχάνῃς, ἐ[τητύμως
θεοῦ πέφυκας· εἰ δὲ μή, ψευδὴς ἐγώ.
(Φα.) πῶς οὖν πρόσειμι δῶμα θερμὸν Ἡλίου;
(Κλυ.) κείνῳ μελήσει σῶμα μὴ βλάπτειν τὸ σόν.
(Φα.) εἴπερ πατὴρ πέφυκεν, οὐ κακῶς λέγεις.
(Κλυ.) σάφ' ἴσθι· πεύσῃ δ' αὐτὸ τῷ χρόνῳ σαφῶς.
(Φα.) ἀρκεῖ· πέποιθα γάρ σε μὴ ψευδῆ λέγειν.
ἀλλ' ἕρπ' ἐς οἴκους· καὶ γὰρ αἵδ' ἔξω δόμων
δμωαὶ περῶσιν, αἳ πατρὸς [κοιμωμένου
σαίρουσι δῶμα καὶ δόμων κειμήλια
καθ' ἡμέραν φοιβῶσι κἀπιχωρίοις
ὀσμαῖσι θυμιῶσιν εἰσόδους δόμων.
ὅταν δ' ὕπνον γεραιὸς ἐκλιπὼν πατὴρ
πύλας ἀμείψῃ καὶ λόγους γάμων πέρι
λέξῃ πρὸς ἡμᾶς, Ἡλίου μολὼν δόμους
τοὺς σοὺς ἐλέγξω, μῆτερ, εἰ σαφεῖς λόγοι.

Χο. ἤδ[η] μὲν ἀρτιφανὴς str. α.
Ἕω[ς ἱππεύει] κατὰ γᾶν.
ὑπὲρ δ' ἐμᾶς κεφαλᾶς
Πλειά[ς ἐκλείπει νυχία
μέλπει δὲ δένδρεσι λεπτὰν
ἀηδὼν ἁρμονίαν
ὀρθρευομένα γόοις
Ἴτυν Ἴτυν πολύθρηνον.

σύριγγας δ' οὐριβάται antistr. α.
κινοῦσι ποιμνᾶν ἐλάται·
ἔγρονται δ' εἰς βοτάναν
ξανθᾶν πώλων συζυγίαι.
ἤδη δ' εἰς ἔργα κυναγοὶ
στείχουσιν θηροφόνοι.
πηγαῖς δ' ἐπ' ὠκεανοῦ
μελιβόας κύκνος ἀχεῖ.

---

51 *τυγχανης* cod. *ἐτητύμως* Bekker, *σάφ' ἴσθ' ὅτι* Hermann, *ὅτου θέλεις* Wilamowitz. 53 *θεμον* cod., em. Burges. 55 *επει* cod m. pr., *ειπερ* corr. *πέφυκε κοὐκ ἄλλως λέγεις* leg. Hermann et Burges, *κακῶς* Blass. 56 pro *σαφῶς* in codice duo puncta sunt. *βραχεῖ* Welcker, *οὐ . . μακρῷ* Hartung. 57 *λεγει* cod. m. pr., *ν* add. corr. 59 *ΩΡΑΕΜΟΙ* leg. Hase, *τας γαμοὺς* Bekker, *κατὰ σταθμοὺ<ς>* leg. Blass, *πατρὸς κοιμωμένου* ci. Hermann. 60 *θεῶν* pro *δόμων* Burges. 63 *ουταν* cod. m. pr., *οτανδ* corr. *υπνου* cod., em. Hermann. 68 *Ἕως ἱππεύει* Wilamowitz. 70 *νυχία* Radermacher, *σκοτία* Wilamowitz. 71 *δενδρεσιλεπταν* legerunt in cod. Clar. Bekker et Blass, *δεδενδρωνκλεινην* Hase, *δ' ἐν δένδρῳ ἐλεινάν* ci. Burges. 76 *κινουσι ποιμναν* pap., *κινουσιν ποιμνας* Clar. 78 *συνζυγιαι* Clar. 80 *στειχουσιν θηροφονοι* Clar., *θ[ηροφονο στ]ειχουσιν* pap.

ἄκατοι δ' ἀνάγονται ὑπ' εἰρεσίας — str. β.
ἀνέμων τ' εὐάεσσιν ῥοθίοις,
ἀνὰ δ' ἱστία [ναῦται] ἀειράμενοι
ἀχοῦσιν· „[ἄγου πό]τνι' αὔρ[α]
[ἡμᾶς ὑπ'] ἀκύμονι πομπᾶι
σιγώντων ἀνέμων
[ποτὶ τέκνα] τε καὶ φιλίας ἀλόχους.“
σινδὼν δὲ πρότονον ἐπὶ μέσον πελάζει.

τὰ μὲν οὖν ἑτέρων ἑτέροισι μέλει — antistr. β.
κοσμεῖν, ὑμέναιον δεσποσύνων δ'
ἐμὲ καὶ τὸ δίκαιον ἄγει καὶ ἔρως
ὑμνεῖν· δμωσὶν γὰρ ἀνάκτων
εὐαμερίαι προσιοῦσαι
μολπᾶν θάρσος ἄγουσ'
ἐπιχάρματά τ'· εἰ δὲ τύχα τι τέκοι,
βαρὺν βαρεῖα φόβον ἔπεμψεν οἴκοις.

ὁρίζεται δὲ τόδε φάος γάμων τέλει, — epod.
τὸ δή ποτ' εὐχαῖς ἐγὼ
λισσομένα προσέβαν
ὑμέναιον ἀεῖσαι
φίλον φίλων δεσποτᾶν.
θεὸς ἔδωκε, χρόνος ἔκρανε
λέχος ἐμοῖσιν ἀρχέταις.
ἴτω τελεία γάμων ἀοιδά.

ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς πρὸ δόμων
κῆρύξ θ' ἱερὸς καὶ παῖς Φαέθων
βαίνουσι τριπλοῦν ζεῦγος, ἔχειν χρὴ

---

83 *ακοντοι* Clar., em. Matthiae, *ειρεσιας* in Clar. a corr., *ειρεσιαις* pap. 84 *ευαεσιν* Clar., *οις* Clar., *ανεμωντ* et *ροθι* a corr., [*ανε*]*μω*[*ν ροθιοις*] leg. Schubart in pap., [*ευ*]*ατ*[*εσσιν ροθιοις*] leg. Wilamowitz, *εὐαέσσιν* Wilamowitz. 85—89 suppl. Krantz. 85 *ναῦται* Krantz, *λευκὰ πετάννυνται* Herwerden. 86 *αχεουσιν* Clar. et pap., em. Wilamowitz, *ἀχεῦσιν*? propos. Wilam. 87 *ὑπ'* ego scripsi, *σὺν* Krantz. 90 *προγονον* Clar., em. G. Hermann. 91 *ἑτέρων ἑτέ*[*ροισι μέλει*] pap., suppl. Rubensohn, *τὰ μὲν οὖν ἑτέροισι μέριμνα πέλει* Clar. 92 *κοσμεινυμεναιων δε δεσποσυνων* Clar., *αει* ante *δεσπ.* pap., *κοσμεῖν, ὑμέναιον δεσποσύνων δ'* ci. Burges, *κόσμον δ' ὑμεναίων δεσποσύνων* Wilamowitz, *κῶμον* pro *κόσμον* G. Hermann, pro *μέλει* fortasse *πρέπει*. 93 *δικαιονεαγει* Clar. 95 *εναμεροι* Clar., *ευημεροι* pap., *εὐαμερίαι* ci. M. Schmidt, *εὐήμεροι μολπαί* Blass. 96 *μολπᾶν* (vel *μολπᾶς*) ego scripsi, *μολπᾶι* Arnim. *θράσος* in *θάρσος* mut. Wilamowitz. *αιου* | (v. 97) *σ'* cod. Clar., *ἄγουσ'* corr. Kaibel, *αἶρουσ'* ci. M. Schmidt. 99 *τέλει* pap., *τέλος* Clar. 109 *τριπλοῦν* Clar. m. pr., *διπλοῦν* corr.

στόμ' ἐν ἡσυχίᾳ·
περὶ γὰρ μεγάλων γνώμας δείξει,
παῖδ' ὑμεναίοις θείοισι θέλων
ζεῦξαι νύμφης τε λεπάδνοις.
(Κῆρυξ) Ὠκεανοῦ πεδίων οἰκήτορες,
εὐφαμεῖτ' ὦ
ἐκτόπιοί τε δόμων ἀπαείρετε,
ὦ ἴτε λαοί.
κηρύσσω θυσίαν βασιλήϊον,
αἰτῶ δ' αὔξαν
εὐτεκνίαν τε γάμοις, ὧν ἔξοδος
ἅδ' ἕνεχ' ἥκει,
παιδός πατρός τε τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ λέχη
κρᾶναι θελόντων· ἀλλὰ σῖγ' ἔστω λεώς.
(Μερ.) . . . .
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ εἰ γὰρ εὖ λέγω
(desunt versus V) (126—130)

. ηδ' . . . .
θ . . . .
ἐν σοὶ ν . . . .
ναῦν τοι μί' ἄγκυρ' οὐδαμῶς σῴζειν φιλεῖ
ὡς τρεῖς ἀφέντι· προστάτης θ' ἁπλοῦς πόλει
σφαλερός, ὑπὼν δὲ κἄλλος οὐ κακὸν πόλει.

τῷ μοι ν . . . .
γῇ διὰ το . . . .
γάμοις . . . .
ἄλλοις . . . .
δώσει τ . . . .
νεο[ ] δὲ . . . .
ηδιστο . . . .
. . . .
οὐχ ὡς . . . .
παῖς τα . . . .
γέρων τ . . . .
νέαι θ . . . .
τόσῳ δ . . . .
δεπωσ . . . .
στ . . υδ . . . .
κἂν ἂν . . . .
πέσω δ . . . .
ελολ . . . .
κλε . . . .
πολεμ . . . .

112 θείοισι ci. Wecklein, ωσφησι leg. Bekker, οισφησι Blass. 116 απαειρατε cod. m. pr., ἀπαειρετε corr. 117 ωτε cod m. pr., ι add corr. 118 δ' οσιανβασιληϊον cod., κηρύσσω θυσίαν ci. Weil. 119 αυτω δ' αυδαν Clar., αἰτῶ δ' αὔξαν Duentzer, pro αἰτῶ fortasse αὐδῶ, βασ ἄζων αὐδάν Wilamowitz, αἰτῶ δ' αἶσαν G. Hermann, αὐτῷ δ' αὐδάν Blass. 121 ενεχηκει Clar. m. pr., ενεχηξει corr. 124 Μεροψ add. corr. 134—136 Stob. Flor. 43, 3. (= IV p. 2, 2 sqq. H.) N.[2] fr. 774. 134 οὐχ ὁμῶς pro οὐδαμῶς Badham. 135 ἀφεῖσαν Bake. 136 σφαλερόν Herwerden, πόλει Stob. codd., πέλει Barnes. 137 ιωμοιν leg. Blass. 143 ηδηστο Blass.

κηδ . . . .
εξο[ι]δ' α . . . .
ὅταν γε . . . .
κ . . . .
γαμεῖς . . . .
και[ο]υχ . . . .

οὐκ ἂν . . . .
ἄρον βά[ρος . . . .
ηδει . . ε . . . .
. τεσύγε . . . .
(desunt versus V) (167—171)

(Φα.) ἐλεύθερος δ' ὢν δοῦλός ἐστι τοῦ λέχους
πεπραμένον τὸ σῶμα τῆς φερνῆς ἔχων.
. . . .
(Φα.) δεινόν γε, τοῖς πλουτοῦσι τοῦτο δ' ἔμφυτον,
σκαιοῖσιν εἶναι· τί ποτε τοῦδε ταἴτιον;
ἆρ' ὄλβος αὐτοῖς ὅτι τυφλὸς συνηρεφεῖ.
τυφλὰς ἐχούσης τὰς φρένας καὶ τῆς τύχης.
. . . .
(Φα.) ὡς πανταχοῦ γε πατρὶς ἡ βόσκουσα γῆ.
(Μερ.) ἐν τοῖσι μώροις τοῦτ' ἐγὼ κρίνω βροτῶν
ὅστις πατὴρ ὢν παισὶ μὴ φρονοῦσιν εὖ
ἢ καὶ πολίταις παραδίδωσ' ἐξουσίαν.
. . . .
(Ἀγγ.) ἔλα δὲ μήτε Λιβυκὸν αἰθέρ' εἰσβαλών.
κρᾶσιν γὰρ ὑγρὰν οὐκ ἔχων, ἁψῖδα σὴν
κάτω διήσει . . . .
. . . .
ἵει δ' ἐφ' ἑπτὰ πλειάδων ἔχων δρόμον.
. . . .
τοσαῦτ' ἀκούσας παῖς ἔμαρψεν ἡνίας·
κρούσας δὲ πλευρὰ πτεροφόρων ὀχημάτων
μεθῆκεν, αἱ δ' ἔπταντ' ἐπ' αἰθέρος πτυχάς·
πατὴρ δ' ὄπισθε νῶτα σειραίου βεβὼς

172—173 Eustath. Od. p. 1731, 54. N.[2] fr. 775. Eust.: ἐν Φαέθοντι Εὐριπίδης εἰπών. 174—177 Stob. Flor. 93, 2. (= V p. 754, 7 sqq. H.) N.[2] fr. 776. Lemma: Εὐριπίδου Φαέθοντι. 174 δ' ἔμφυτον τόδε vel δ' ἐστὶν ἔμφυτον scr. Meineke. 175 τοῦτο ταἴτιον Stob., τοῦδε ταἴτιον Arsenius, τοῦ δέ γ' αἴτιον ci. Nauck. 176 συνηρεφεῖ Stob., συνηρετεῖ Meineke. 177 ἐχούσης pro ἔχουσιν ego scripsi. καὶ τῆς τύχης lectum est, καὶ δυστυχεῖς ci. Halm. 178 Stob. Flor. 40, 2. (= III p. 735, 1 H.) N.[2] fr. 777. Lemma: Εὐριπίδου Φαέθοντι. 179—181 Stob. Flor. 43, 2. (= IV p. 1, 9 sqq. H.) N.[2] fr. 784. Lemma: Εὐριπίδης Φαέθοντι. 180 ὅστις τῶν πατέρων Stob. codd., ὅστις πατὴρ ὢν Grotius, πατὴρ ὡς Hense, ὅστις παρείκων F. G. Schmidt, ὅστις κρατύνων Busche. 181 ἢ καὶ libri, εἰκῇ Hense. 182—193 π. ὕψους c. 15, 4. N.[2] fr. 779. (Εὐριπίδης) ἥκιστά γέ τοι μεγαλοφυὴς ὢν ὅμως τὴν αὐτὸς αὑτοῦ φύσιν ἐν πολλοῖς γενέσθαι τραγικὴν προσηνάγκασε —. τῷ γοῦν Φαέθοντι παραδιδοὺς τὰς ἡνίας ὁ Ἥλιος ,ἔλα δὲ — διοίσει' φησίν, εἶθ' ἑξῆς ,ἵει — ἅρμα τῇδε'. 184 διοισει P., em. Faber. 187 τις P., παῖς Grotius. 191 ὄπισθεν ὦτα P., em. Manutius. σειρίου P., em. Rutgers.

ἵππευε παῖδα νουθετῶν· ἐκεῖσ' ἔλα,
τῇδε στρέφ' ἅρμα, τῇδε.
ὁ δ' ἄρτι θάλλων σάρκα διοπετὴς ὅπως
ἀστὴρ ἀπέσβη, πνεῦμ' ἀφεὶς ἐς αἰθέρα.
(*Χο.?*) *χρυσέα βῶλος*
(*Κλυ.*) *φίλος δέ μοι*
ἄλουτος ἐν φάραγξι σήπεται νέκυς.
πολλοὺς δὲ βροντῆς τραῦμ' ἄναιμον ὤλεσεν.
(*Κλυ.*) *μισῶ δὲ . . . . . . τοῦδ' εὐάγκαλον*
τόξον κρανείας, γυμνάσια δ' οἴχοιτό μοι.
. . . .

(*Τρο.*)? . . . . . . *ι προθυμίᾳ*
. . . . . . *σο . λοψο*
. . . . . . *οἰκία . υχοι*
. . . . . . *δυστυχεῖς*
. . . . *λιπών*
. . . . . . *ἔσω χθονός*
. . . . *πλοῦτον δόμων*
. . . . *χοὰς ἄγῃ*
. . . . . . *ιλοης ἑκών*
. . . . *ἴχνος*
. . . . *ἀνιέτω*
. . . . *χθονὸς σκότου*
. . . . *ελει*
. . . . *τυρα]ννίδι*
. . . . . . *ἐλε[ύ]θεροι*
. . . . . . *ον πλούσιον*
. . . . *νη πόλις*
. . . . *μη νόμος*

220 (*Κλυ.*)? . . . . *σεν ᾔνεσα*
. . . . *ν σοφή*
. . . . *τάγματα*
. . . . *μόνων*
. . . . *ἀμήχανοι*
. . . *ι γὰρ αὖ πλοκή*
. . . . *ημαι τόδε*
(*Τρο.*)? . . . . . *ποικι]λωτέρα*
. . . . *σο`ς κακοῖς*
(*Κλυ.*) . . . . *σκότῳ*
. . . . . *π]οίῳ τάφῳ*
. . . . . . *ταφή]σεται*
. . . . . *ν δι' ἄστεως*
(*Τρο.*) . . . . *ἥλιον*
. . . . *νεκροί*
. . . . *τὰς τύχας*
. . . . . . *ν πειρατέον*
(desunt versus VI) (237—242)

(*Κλυ.*) *πυρός τ' ἐρινὺς ἐν νεκρῷ θερεῖσα καὶ*

192—193 *ἐλατῆρα ἔστρεφ'* P, *ἔλα τῇδε στρέφ'* Portus, *ἔλα στρέφ'* Hartung. 194—195 Plut. Mor. 416 E N.² fr. 971. 196 Diog. Laert. II, 10. N.² fr. 783. 197—198 Plut. Mor. 665 C. N.² fr. 786. 199 N.² fr. 982. Plut. Mor. 666 C. *πνεῦμα* pro *τραῦμα* apud Plut. et *γὰρ* pro *δέ*. *τραῦμα* et *δέ* apud Theon. Smyrn. 200—201 Plut. Mor. 608 D, E. N.² fr. 785. 200 *ἀγκύλον* pro *εὐάγκαλον* scr. Nauck. *τοῦδ' εὐάγκαλον* Heath. 201 *οἴχοιτο* Plut., *οἰχοίατο* C. Keil, *οἴχοιτό μοι* Heath. 227 *ποικι]λωτέρα* leg Arnim, *λογερα* B ass. 231 *ταφή]σεται* ci. Arnim. 243—321 N.² fr. 781. 243 *πυροσθεριννυσ εννεκροισθερηνναι* cod Clar., *πυρὸς τ' Ἐριννὺς ἐν νεκροῦ στέρνοις ἔτι* Rau, *ἐν νεκρῷ θερεῖσα καί* ego scripsi, *πυροῦσσ' Ἐριννὺς ἐν νεκροῖς θηρήϊον* G. Hermann, *θερμαίνεται* ci. Wecklein, *ἐν νεκροῖς κεραυνίοις* Duentzer, *ἐν νεκρ. ἐρειπίοις* Arnim, *ἐν νεκρῷ κεραυνίου* Herwerden.

ζῶσ᾽ ἤδ᾽ ἀνίησ᾽ ἀτμὸν ἐμφανῆ πυρός.
ἀπωλόμην· οὐκ οἴσετ᾽ εἰς δόμους νέκυν;
πόσις πόσις μοι πλησίον· γαμηλίους
μολπὰς ἀϋτεῖ παρθένοις ἡγούμενος.
οὐ θᾶσσον; οὐκ ἀμολγὸν ἐξομόρξετε
εἴ πού τις ἔστιν αἵματος χαμαὶ πεσών;
ἐπείγετ᾽ εἶα, δμωΐδες· κρύψω δέ νιν
ξεστοῖσι θαλάμοις, ἔνθ᾽ ἐμῷ κεῖται πόσει
χρυσός· μόνη δὲ κλῇθρ᾽ ἐγὼ σφραγίζομαι.
ὦ καλλιφεγγὲς Ἥλι᾽, ὥς μ᾽ ἀπώλεσας
καὶ τόνδ᾽· Ἀπόλλων δ᾽ ἐν βροτοῖς ὀρθῶς καλῇ,
ὅστις τὰ σιγῶντ᾽ ὀνόματ᾽ οἶδε δαιμόνων.

(Χο.) Ὑμὴν Ὑμήν,
τὰν Διὸς οὐρανίαν ἀείδομεν
τὰν ἐρώτων πότνιαν, τὰν παρθένοι[ς
γαμήλιον Ἀφροδίταν.
πότνια, σοὶ τάδ᾽ ἐγὼ νυμφεῖ᾽ ἀείδω,
Κύπρι θεῶν καλλίστα,
τῷ τε νεόζυγι σοὶ
πώλῳ, τὸν ἐν αἰθέρι κρύπτεις
σῶν γάμων γένναν.

ἆ, τὸν μέγαν antistr.
τᾶσδε πόλεως βασιλῆ νυμφεύεται,
ἀστερωποῖσιν δόμοισιν χρυσέοις
ἀρχὸν φίλον Ἀφροδίτα.
ὦ μακάρων βασιλεὺς μείζων ἔτ᾽ ὄλβον,

---

244 *πτισα* vel *πυρος* leg. Blass, *καπνοῦ* pro *πυρὸς* scr G. Hermann, *φλογὸς* Rau. 245 *ν[έκυν* suppl. Bekker. 246—247 *πόσις πόσις μοι* scr. Bekker ante alterum *πόσις* leg. *νοεῖς* Bekker, *τιθεις* Hase, *ἴθ᾽ ὡς π.* ci. G. Hermann. *γαμηλίους μολπάς* G. Hermann, *γαμηλίοις μολπαῖς* Blass. 248 *οιθασσεουσομολγον* Clar., *οὐ θᾶσσον; οὐκ ἄμολγον* G Hermann, *οὐ σταλαγμὸν* Dobree, *ἀμολγὸν* ego scripsi. 250 *επειγετεαια* (vel *αη*) *δμωδες* Clar., em. G. Hermann. 251 *ξειστοισι* Clar., em. Burges. 252 *κληθραεγω* Clar. 253—254 Schol. Eur. Or. 1389. Macrob. Sat. I 17. 10. 253 *χρυσοφεγγὲς* Macrobius. 254 *καὶ τόνδ᾽* Clar., schol. Eur. *ὅθεν σ᾽ Ἀπόλλων᾽ ἐμφανῶς κλήζει βροτός* Macrob. *ὀρθὸς* Clar. *Ἀπόλλων εἰκότως κλήζει βροτοῖς* schol. Eur. 257 *ειδομεν* Clar., em. G. Hermann. 258 *παρθενοι* vel *παρθενον* Clar, *παρθένοις* Burges, G. Hermann. 260 *νυμφιασφαο* leg. Hase, *νυμφεῖ᾽ ἀείδω* ci. Wilam., *ν. ὀφείλω* G. Hermann. 261 *Κυπρις*, Clar. 262 *τωτενεοζυγισιω* (vel *στω*) cod., *τῷ τε νεόζυγι σοὶ* ci. Kaibel, *τῷ τε νεοζ. σῷ* G. Hermann. 264 *γενεαν* Clar., em. G. Hermann, *τειμαν* ci E. Schwartz *τιμάν* Wilam 265 *αγονμεγαν* leg. Bekker, *ατονμεγαν* Blass. 267 *αστερω τοισιν* Clar., em. G. Hermann. *δομοισι* Clar., corr. Nauck *χρυσειον* Clar., *χρυσείην* scr. Hase, *χρυσέων* Bekker et Wilam., *χρυσέοις* G. Hermann. 268 *αρχεον* Clar., em. G. Hermann. *Ἀφροδίτᾳ* Arnim.

ὅς θεὰν κηδεύσεις
καὶ μόνος ἀθανάτων
γαμβρὸς δι' ἀπείρονα γαῖαν
θνατὸς ὑμνήσῃ.
Μερ. χώρει σὺ καὶ τάσδ' εἰς δόμους ἄγων κόρας
γυναῖκ' ἄνωχθι πᾶσι τοῖς κατὰ στόμα
θεοῖς χορεῦσαι καὶ κυκλώσασθαι δόμους
σεμνοῖσιν ὑμεναίοισιν, Ἑστίας θ' ἕδος,
ἀφ' ἧς γε σώφρων πᾶς ἂν ἄρχεσθαι θέλοι
εὐχὰς πο[ιεῖσθαι . . . . . .
(interierunt versus IV) (280—283)
θεᾶς προσελθεῖν τέμενος ἐξ ἐμῶν δόμων.
Θεραπ. ὦ δέσποτ', ἔστρεψ' ἐκ δόμων ταχὺν πόδα.
οὗ γὰρ σὺ σῴζῃ σεμνὰ θησαυρίσματα
χρυσοῦ, δι' ἁρμῶν ἐξαμείβεται πύλης
καπνοῦ μέλαιν' ἄησις ἔνδοθεν στέγης.
προσθεὶς πρόσωπον φλόγα μὲν οὐχ ὁρῶ πυρός,
γέμοντα δ' οἶκον μέλανος ἔνδοθεν καπνοῦ.
ἀλλ' ἔσιθ' ἐς οἶκον, μή τιν' Ἥφαιστος χόλον
δόμοις ἐπεισφρεὶς μέλαθρα συμφλέξῃ πυρὶ
ἐν τοῖσιν ἡδίστοισι Φαέθοντος γάμοις.
Μερ. πῶς φής; ὅρα μὴ θυμάτων πυρουμένων
κατ' οἶκον ἀτμὸν κεῖσ' ἀποσταλέντ' ἴδῃς.
Θεραπ. ἅπαντα ταῦτ' ἤθρησ'· ἀκαπνώτως ἔχει.
Μερ. οἶδεν δ' ἐμὴ τάδ' ἢ οὐκ ἐπίσταται δάμαρ;
Θεραπ. θυηπολοῦσα θεοῖς ἐκεῖσ' ἔχει φρένας.
Μερ. ἀλλ' εἶμ', ἐπεί τοι καὶ φιλεῖ τὰ τοιάδε
ληφθέντα φαύλως ἐς μέγαν χειμῶν' ἄγειν.
σὺ δ' ὦ πυρὸς δέσποινα Δήμητρος κόρη

---

270 *τηδευσεις* Clar., em. G. Hermann. 273 *υμνησεται* Clar., em. G. Hermann. 274 *δομος* Clar. 275 *ανοχθι, καταστομα* Clar., *κατὰ σταθμὰ* Blass, *κατὰ στέγας* Rau. 276 *κανκυμωσασθαι* Clar., *δομοις* Clar., em. G. Hermann, fortasse *κἀνκυκλώσασθαι δόμοις*. 278 *γε* Fritzsche, *τι* Clar., *τις ἔμφρων* Blass. *πασανσαρχεται θέ.ι* Clar, *πᾶς ἂν ἄρχεσθαι θέλοι* G. Hermann, *πᾶσιν ἄρχεται θεοῖς* Blass. 279 *εὐχὰς πο[ιεῖσθαι]* suppl. G. Hermann. 284 *προσελθιν* Clar., em. Burges, *προσέλθῃ* Hermann. 285 *ωπατερ* Clar., *δέσποτα* superscript. est. *ἔστρεφα* Clar., em. Burges. 286 *ζωση* Clar., *σῴζῃ* G. Hermann. *θηρασμιτα* Clar., em. Burges. 287 *ἐξαμειβετε* Clar., em. Bekker. 288 *καπνοῦ* G. Hermann, *καταινου* Clar. 291 *ἀλλ' εσθ* Clar., em. Bekker. 293 *ηδιστοισιν* Clar. 296 *ηθρησεκανπωτουσεχει* leg. Bekker et Blass. *κανπωτουσοδοι* leg. in fine Hase. *ἅπαντα ταῦτ' ἤθρησ'· ἀκαπνώτως δ' ἔχει* Wilam., *ἔχει* Arnim. *ἅπαντα ταῦτ' αἴθρη τἀκάπνωτοι θ' ὁδοί* G. Hermann. 297 *επισται* Clar., corr. Bekker. 300 *μεγαχειμωναδι* Clar., em. G. Hermann. 301 *ω πυρος* Clar., *ὡς πάρος* Bothe.

Ἥφαιστέ τ᾽ ἔστε πρευμενεῖς δόμοις ἐμοῖς.
Χο. τάλαιν᾽ ἐγώ, τάλαινα, ποῖ
πόδα πτερόεντα καταστάσω;
τίν᾽ αἰθέρ᾽; ἢ γᾶς ὑπὸ κεῦθος ἄφαντον
ἐξαμαυρωθῶ;
ἰώ μοί μοι· κακὰ φανήσεται·
βασίλεια τάλαινα παῖς τ᾽ ἔσω
κρυφαῖος νέκυς.
ὀτοτοτοῖ κεραύνιαί τ᾽ ἐκ Διὸς
πυρίβολοι πλαγαὶ λέχεά θ᾽ Ἁλίου.
ὦ δυστάλαινα τῶν ἀμετρήτων κακῶν,
πατρὸς ἴθι πρόσπεσε
Ὠκεανοῦ κόρα
γόνυ ⟨λι⟩ταῖς, σφαγὰς
σφαγὰς οἰκτρά τ᾽ ἀρκέσαι σᾶς δειρᾶς.
Μερ. ἰώ μοί μοι
Χορ. ἠκούσατ᾽ ἀρχὰς δεσπότου στεναγμάτων;
Μερ. ἰὼ τέκνον
Χορ. καλεῖ τὸν οὐ κλύοντα δυστυχῆ γόνον
. . . . των ὁρᾶν σαφῆ.
(desunt versus III) (322—324)

δια . . . .
ὃς ὕμεν . . . .
εὐκελ . . . .
ὡς οὐρα[ν . . . . . .
σὺ δὲ παρ . . . . . .
δα . . . .
οὐκειοι . . . .
ὑμέναιο . . . .
ολ . . . .
βο . . . .
δα . . . .
σι . . . .
το . . . .
ιλε . . . .
φι . . . .

ὅστις ἰσ . . . .
οι . . . .
κα . . . .
λι . . . .
καλεῖτε . . . .
ὃς ἐμὰν (vel ὃς ἐμὰ ν)
κακὰ δὲ . . . .
Χο. ὅδ᾽ ἐκ δο . . . .
παιδὸς φ . . . .
Μερ. εἶεν σὺ . . . .
ὡς εισο . . . .
οἵαν ἐκ . . . .
θεᾶς δὲ . . . .
Τροφ. ὤμοι . . . .
Μερ. στέναξ[ον . . . .

302 ηφαιστεειηρεπευμερεις Clar., τ᾽ ἔστε πρευμενεῖς Bothe, τ᾽ εἶτε πρ. Dindorf, τ᾽εἴητ᾽ εὐμενεῖς Bekker. 303—304 ποῦ πόδα Nauck. 305 τιναθερ Clar., τίν᾽ αἰθέρ᾽ G. Hermann, ἀν᾽ αἰθέρ᾽ Nauck. 306 εξαμαυρωσω Clar., em. G. Hermann. κατα (vel καια) φανησεται Clar., em. Burges, καταφανήσεται Bekker. 309 κρυφεον Clar, em. G. Hermann 311 ταλιου cod., em. G. Hermann. 315 γονυταισφαγασ Clar., corr. G. Hermann. 316 οἰκτρὰς Burges.

Τρ. αἰαῖ . . . .
Μερ. διπλᾶ δ[ακρύσεις . . .
Τρ. τί γὰρ λέ[γειν . . . .
Μερ. τίς παῖδ' . . . .
Τρ. εἰδὼς δ . . . .
Μερ. ἵν' ἄντα . . . .
Τρ. σμικρῷ . . . .
Μερ. κρεῖσσον . . . .
Τρ. ὃς σέϑ[εν . . . .
(desunt versus II) (364—365)

(Μερ.) εὐδαιμονίζων ὄχλος ἐξέπληξέ με.
(Ἀφροδ.) ψυκτήρια
δένδρεα φίλαισιν ὠλέναισιν δέξεται.

---

362 κρεῖσσον leg. Arnim, κρεισσ Blass. 363 οσσεο leg. Blass. 366 Plut. Mor. 465 A. N.[2] fr. 778. σε pro με Plut. 367—368 Athen. XI 503 d. N.[2] fr. 782. 368 δένδρη Valckenaer, δένδρων Dobree. φίλαις<ν>ιν A., φίλαισιν Athen. λέξεται cod. A., em. Casaub.

Caput III
Commentarius.

Incipit fabula Euripidea a prologo, cuius altera pars oratione altera colloquio efficitur, qua ratione Euripides saepe utitur. Exempli causa affero fabulas[1], quae sunt Alcestis, Andromacha, Helena, Electra, Heraclidae, Medea, Orestes, Troades, Philoctetes. Paucae sunt fabulae — ut Bacchae, Supplices, Cyclops — in quibus unam orationem parodus sequitur. Atque Phaethontis Euripideae prologum Wilamowitz iure Clymenen dixisse contendit refutavitque omnes contrarias sententias. Sine dubio enim Goethe, quippe qui Euripidis consuetudinem non satis cognitam haberet, quod custodi cuidam tribuit, erravit. Immo ad Clymenen Phaethon ipse accedit. Blass autem, quod Clymenen una cum Phaethonte in scaenam progredi putat, falsa sentire mihi videtur. Contra quem Wecklein[2]: „Auch das würde" inquit „von der Gewohnheit des Euripides abweichen; denn nur in einem einzigen der erhaltenen Stücke, im Herakles, ist die zweite Person von Anfang an anwesend." Phaethon autem post Clymenes verba in scaena est.

Nonnullos versus prologi atque prioris partis Strabo (I p. 33) affert: *ὅ τ' Εὐριπίδης ἐν τῷ Φαέϑοντι τὴν Κλυμένην δοϑῆναι φησί ‚Μέροπι — ἱπποστάσεις'*, quibus ex versibus scaenam in Oceani litore esse apparet, ubi Merops, rex Aethiopum, regnat. Quam terram primam Sol oriens e quadrigis flamma aurea ferit. Appellant eam (sc. terram) vicini nigri lucida Aurorae Solisque stabula.

---

[1] Cf. N. Wecklein, Tragoedien des Euripides, Sitzb. d. k. b. Academie der Wissensch. zu München, philos. u. hist. Kl. (1888) I, p. 118.

[2] Ibidem p. 119.

v. 1. Nauck supplevit *δάμαρ δοθεῖσα*, Bothe *Κλυμένη δοθεῖσα*. Et Nauckii et Bothei supplementum aptum est; nam Clymene ipsa nomen profiteri potuit. Cf. Iph. Taur. 5.

v. 2. Cf. Ion 82 sq.:

ἅρματα μὲν τάδε λαμπρὰ τεθρίππων.
Ἥλιος ἤδη λάμπει κατὰ γῆν.

Ad quos versus Wilamowitz adnotat[3]: „82/83 stellen die mythische Vorstellung des Sonnenwagens neben die sinnliche Erscheinung." Idem fere de Phaethontis loco indicare licet, etsi *Ἥλιος βάλλει χθόνα* aequo iure et de Deo Sole et de radiis solis dicitur. Praeterea ex Euripidis fabula, quae inscribitur *Ἀρχέλαος*, affero (N.[2] fr. 228, 4 sq.):

ἡνίκ' ἂν τακῇ χιὼν
τέθριππ' ἄγοντος ἡλίου κατ' αἰθέρα.

v. 3. Illud verbum *ἀνίσχω* pro *ἀνέχω* apud Euripidem nullo alio loco inveni. Aeschylus aliquotiens habet:

Agam. 92/93: *ἄλλη δ' ἄλλοθεν οὐρανομήκης*
λαμπὰς ἀνίσχει.

In thesauro Graecae linguae est[4]: „ita enim scholiastes Sophoclis [Electr. 629] *ἀνίσχει δὲ ὁ ἥλιος, ἀντὶ τοῦ ἀνατέλλει*".

Verbum *βάλλειν* — ferire — de Sole dicitur ut saepius apud Homerum: *Η* 421 sqq.:

Ἠέλιος μὲν ἔπειτα νέον προσέβαλλεν ἀρούρας,
ἐξ ἀκαλαρρείταο βαθυρρόου Ὠκεανοῖο
οὐρανὸν εἰσανιών

ε 479: *οὔτε ποτ' ἠέλιος φαέθων ἀκτῖσιν ἔβαλλεν.*

Euripides ipse similem versum habet Suppl. 650:

λαμπρὰ μὲν ἀκτὶς ἡλίου, κανὼν
σαφής, ἔβαλλε γαῖαν.

v. 4. *Γείτονες μελάμβροτοι* Aethiopes ab Homero appellantur (*α* 23) *ἔσχατοι ἀνδρῶν*. De terra horum nigrorum hominum Euripides dicit (N.[2] fr. 228, 3 sq.):

ὃς ἐκ μελαμβρότοιο πληροῦται ῥοὰς
Αἰθιοπίδος γῆς.

v. 5. Accuratius hic versus interpretandus esse mihi videtur. Manuscriptum Strabonis *φαεννάν* tradit, at *φαεννᾶς* superscriptum est. *Ἕω* et genetivus et accusativus esse potest. *Ἕω φαεννάν* intellegere possumus, et apud Goetheum legimus[5]: „Eos, die glänzende, des Helios Rossestand" — Nec genetivus *φαεννᾶς* cum *Ἕω* coniunctus ineptus est. At utrique formam *φαεννάς*, quae est accu-

---

[3] Euripides' Jon, Berlin 1926, p. 90.

[4] Stephanus, Thesaurus Graecae linguae I, 2, 816.

[5] Goethes Werke, Weimar 1903, 41, 2 p. 32.

sativus feminini pluralis ad *ἱπποστάσεις*, de quo substantivo pendent genetivi *Ἕω* et *Ἡλίου*, praeferendam esse apparet. Strabo enim addit: *νῦν μὲν δὴ κοινὰς ποιεῖται τὰς ἱπποστάσεις τῇ τε Ἠοῖ καὶ τῷ Ἡλίῳ· ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς πλησίον αὐτάς φησιν εἶναι τῇ οἰκήσει τοῦ Μέροπος*, quibus ex verbis Aurorae et Solis communia stabula discreta esse a Meropis terra sed illi vicina apparet. Agitur ergo fabula Euripidea in ea mundi parte, ubi terra caelum attingit et *πηγαῖς δ' ἐπ' ὠκεανοῦ μελιβόας κύκνος ἀχεῖ* (v. 81 sq.). — Non solum Solis sed etiam Aurorae stabula lucida sunt. Euripides, qui his versibus solem orientem indicat, de occidenti dicit (Alc. 592): *ἀμφὶ μὲν ἀελίου κνεφαίαν ἱππόστασιν.* Simile profert Stesichorus[6]:

Ἀέλιος δ' Ὑπεριονίδας δέπας ἐσκατέβαινε
χρύσεον, ὄφρα δι' Ὠκεανοῖο περάσας
ἀφίκοιθ' ἱερᾶς ποτὶ βένθεα νυκτὸς ἐρεμνᾶς
ποτὶ ματέρα κουριδίαν τ' ἄλοχον πάιδάς τε φίλους.
ὃ δ' ἐς ἄλσος ἔβα δάφναισι κατάσκιον
ποσὶν πάις Διός. Et apud Mimnernum est[7]:
γαῖαν ἐς Αἰθιόπων, ἵνα δὴ θοὸν ἅρμα καὶ ἵπποι
ἑστᾶσ', ὄφρ' Ἠὼς ἠριγένεια μόλῃ,

de quibus versibus sentit Wilamowitz[8]: „Die von Euripides gewählte Vorstellung hat Züge von beiden Dichtern, und mit Mimnermos berührt er sich nahe." —

Di hominesque igitur in hanc regionem convenire possunt. Cuius terrae rex, ut iam supra dixi, est Merops, qui Clymenen uxorem habet. Quem iam senem esse dicit versus 63: *ὅταν δ' ὕπνον γεραιὸς ἐκλιπὼν πατήρ.* Qui cum suum filium esse Phaethontem putet, Clymene eum e clandestino cum Sole commercio ortum esse non ignorat. Quae num iam in prologo Phaethontis originem clarius exposuerit, ut putant, certo diiudicari non potest. Equidem hoc in dialogo commemoratum esse puto, quoniam Clymene in colloquio Phaethonti narravisse satis accurate videtur de illa amatoria re. Cf. v. 49: *μνησθεὶς ὅ μοί ποτ' εἶφ' ὅτ' εὐνάσθη θεός.* —

Post quinque versus Goethe fortasse apte inserit versus 6 et 7. Alterum versum nobis servavit Stobaeus (Ecl. I p. 214, 8 W.) alterum Vitruvius (IX, 1, 13), Barnesius coniunxit.

v. 6. Illud verbum *ὑπερτέλλω* — exorior = exsisto = sum supra — apud Euripidem saepius (cf. Or. 6: *κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον*; ibid. 839: *ματρὸς φαρέων μαστὸν ὑπερτέλλοντ' ἐσιδών*; Hec. 1010: *μέλαινα πέτρα γῆς ὑπερτέλλουσ' ἄνω.*) invenitur, qui solus id cum genetivo coniungit. —

---

[6] E. Diehl, Anthologia lyrica, Leipzig 1925, II, p. 41, 6 (8).
[7] Ibidem I, p. 43, 9—10.
[8] Hermes XVIII (1883) p. 397 n. 1.

v. 7. Valckenaer versum, in quo codices habent *ταγγυγγαιει ευχραταεχει,* correxit in *τἄγγυθεν δ' εὔκρατα.* Solem audimus ea, quae longius absint, comburere, propioribus autem temperare. Quare Matthiae et alii hos versus in narratione de Phaethontis interitu ponendos esse putaverunt. At prologo aptissimum hoc fragmentum esse videtur. Goethe quidem adnotat satis obscure[9]: „Hier scheint der Dichter durch einen Widerspruch den Widerspruch der Erscheinung auflösen zu wollen", et Blass[10]: „Ratio autem" inquit „a poeta redditur, cur haec terra, quae tam prope a Sole absit, omnino habitari possit."

Lacuna vero inter versus 5 et 6 mea sententia minima est.

Postquam per Clymenen haec omnia spectatoribus exposita sunt, cum Phaethon ipse in scaenam progrediatur, colloquium instituitur. Cuius, quia nihil nisi exitus versuum XXXVII (8—44) in prima prioris fragmenti Claromontani pagina servati sunt, mea quidem sententia, ut sententiam assequamur, pauca verba vix sufficiunt. Arnim[11] quidem, quod huius colloquii filum restituere studuit, sine dubio laudandus est. Atque Clymene fortasse Phaethonti patefacit consilium Meropis, qui filium deae in matrimonium dare in animo habet; nam in hoc fragmento vocabulum *λέχος* saepius invenitur. At Phaethon Meropis se filium esse ratus haud scio an has nuptias repudiaverit. Itaque Clymene ei veram originem aperire cogitur, quod ex verbis *Ἡ]λί⟨ου⟩ θεοῦ* (v. 26) concludi potest. De quâ coniectura Welcker recte dicit[12]: „Nichts ist einfacher und einnehmender als diese Konjektur Goethes, der daher kaum nötig hatte, im Prolog eines Gerüchts, daß Phaethon nicht Merops Sohn sei, zu gedenken." —

vs. 8—48. Duo puncta post versus 13, 17, 36, 41 posita orationis finem indicare videntur. Arnim dicit[13]: „Zusammenhängende rede der klymene kann keinesfalls v. 11—29 (= 18—36) umfassen. Man erwartet hier die stichomythie als form für die entwicklung der beiden gegensätzlichen standpunkte."

Finis huius colloquii in columna altera prioris fragmenti servatus est. Qui XVIII versus (49—66) hoc fere habent argumentum: Hortatur Clymene Phaethontem dubitantem, „ut a Sole unam quamcumque velit rem petat". Quod si, inquit, acceperis, te Solis filium esse non ignorabis. Paulo post Phaethon respondet (v. 57):

---

[9] Goethes Werke, Weimar (1903) 41, 2 p. 33.

[10] Dissertatio de Phaethontis Euripideae fragmentis Claromontanis, Kiel (1885) p. 3.

[11] Supplem. Eurip. Bonn 1913, p. 68, v. 1 sqq.

[12] Rh. Mus. II, Suppl. 2 (1839) p. 597 n. 5.

[13] Suppl. Eurip. Bonn 1913, p. 68 n.

ἀρκεῖ· πέποιθα γάρ σε μὴ ψευδῆ λέγειν.

Sed filius tum demum ad Solis regiam se conferre in animo habet, si Merops, quem ante domum exspectat, verba de nuptiis fecerit.

v. 49. Nauck post substantivum *θεός* punctum ponit, ut participium *μνησθείς* ad Solem referendum sit. Wilamowitz sensum sic supplet [14]: *ἢν δ' εὐμενεῖ σ' ἐλθόντα δέξηται χερὶ μνησθεὶς ὅ μοί ποτ' εἶφ' ὅτ' ηὐνάσθη θεός, αἰτοῦ τί χρῄζεις ἕν·*, qui participium *μνησθείς* ipse quoque ad Solem refert. Hartung [15] scribit *μνησθεῖσ' ηὐνάσθην θεός*, quae coniectura mihi non placet, quia haud scio an tum potius Euripides *ηὐνάσθην θεῷ* scripserit, quod verbum *εὐνάζεσθαι* saepius cum dativo ab eo coniunctum est. Cf. Ion 17 *οὗπερ ηὐνάσθη θεῷ*; ibid. 1484 (*Φοίβῳ*) *κρυπτόμενον λέχος ηὐνάσθην*; Med. 18 *γάμοις Ἰάσων βασιλικοῖς εὐνάζεται.* Sed verba tradita *εὐνάσθη θεός* tenere possumus. Nonne referri potest illud *μνησθείς* ad Phaethontem? Nescio enim, quid causae sit, cur *μνησθείς* non ita dici potuerit. Nam Phaethon optime potest earum rerum reminisci, quas Sol matri olim dixit, quoniam Clymene filio omnia accurate narravisse videtur. (Cf. p. 21.) Etiam Arnim sic interpretari videtur: Memor eius quod mihi olim dixit . . . pete . . . Rau [16] pro *ποτ'* adverbium *τότ'* scripsit, quae coniectura non necessaria esse mihi videtur.

v. 50. Rau (p. 16) *λέγ' εἴ τι χρῄζεις* scribit, quod similia apud Euripidem sunt: Electr. 1049: *λέγ', εἴ τι χρῄζεις*; Suppl. 567: *λέγ', εἴ τι βούλῃ*; Iph. A. 861: *φράζ', εἴ τι χρῄζεις.* Quibus omnibus exemplis *λέγ'* pro *αἰτοῦ* tradito scribere nos cogi non facile concedo.

Adverbium *πέρα* hoc loco libere positum est. Ad adiectivum *ἕν* quidem pertinet, sed in hoc versu *πέρα* significat „ultra“. Cf. Hipp. 1033: *ἐμοὶ γὰρ οὐ θέμις πέρα λέγειν.* Codex adverbium *πέρα* tradit addito *ι*, quam scripturam tenere possumus. Usener enim dicit [17]: „Längst hat Buttmann (Lexil. II, 25 ff.) gezeigt, daß *πέρα* und *πέραν* schon durch die Bedeutung getrennt sind; der Wahn, daß *ν* in *πέραν* ein bewegliches sei, hatte damit allen Boden verloren. Aber wenn man gefragt hätte, was für eine Kasusbildung denn *πέρα* sei, die Handschriften würden bereitwillig befriedigenden Bescheid gegeben haben: Der Paris. A bezeugt *πέραι* in Platons Rep. IV 423ᵇ, IX 590ᵃ, der Mediceus desgleichen Soph. El. 1506. Phil. 666. 1277. 1286, im O. T. 74 ist das *ι* von späterer Hand richtig beigefügt.“ (Cfr. Fr. Buecheler, Recht von Gortyn, p. 10 = Rh. Mus. N. F. 40 [1885] Suppl.)

---

14 Hermes XVIII (1883) p. 399 n. 1.
15 Rh. Mus. V (1837) p. 588 v. 6.
16 Epistola de Euripidis Phaethonte, Leyden 1832, p. 16.
17 Kleine Schriften, Leipzig (1913) II, p. 111.

Verba *χρήζεις* et in versu 51 *τυγχάνης* litteram *ι* non habent, quae librarii menda esse videntur.

v. 51. Ultimum verbum huius versus periit. Bekker post *τυγχάνης* littera *ε* lecta coniecit *ἐτητύμως*, quod adverbium invenitur in Euripidis fabula, quae est Alcestis: 1124 *γυναῖκα λεύσσω τὴν ἐμὴν ἐτητύμως*; cf. Heraclid. 997: *ἀλλ' ἐτητύμως ἄνδρ' ὄντα.* G. Hermann scribere voluit *σάφ' ἴσθι ὅτι,* quae verba Wilamowitzio non apta esse videntur: „Für Euripides verbindet es die Verse zu nahe“ [18]. Bekkeri igitur coniecturam etsi multo credibiliorem esse putaverim quam Godofredi Hermanni, etiam Wilamowitzii supplementum *ὅτου θέλεις* bene mihi placet, cum Blass spiritum asperum se legisse putet. Praeterea verbum *τυγχάνω* — assequor — hac significatione cum genetivo coniungi solet. Cf. Eur. Or. 701: *τύχοις ἂν αὐτοῦ ῥᾳδίως ὅσον θέλοις.* —

Postquam Phaethon interrogavit (v. 53): „Qua ratione accedam ad calidam domum Solis“, Clymene respondet (v. 54): „Illius intererit corpus tuum non laedere.“

v. 53. Codex habet *θεμον,* quod Burges recte mutavit in *θερμόν*. H. Usener ad hunc versum vim Solis in domum translatam esse adnotat [19] et conferre iubet Ovid. Met. II, 1 sqq.:

„Regia Solis erat sublimibus alta columnis,
Clara micante auro flammasque imitante pyropo,
Cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat,
Argenti bifores radiabant lumine valvae.“

v. 55. Coniunctio *ἐπεί*, quae manus primae scriptura a correctore in *εἴπερ* mutata est, sensum causalem hoc loco habere videtur. Welcker verba *ἐπεὶ πατὴρ πέφυκεν* Clymenes, *οὐ κακῶς λέγεις* Phaethontis esse putavit [20]. Sed cum certum eius modi exemplum in his fragmentis non sit, haec sententia maxime dubia est. Neque sensus postulat, ut hic versus distrahatur. Quod igitur Phaethon de Clymenes verbis dubitans hunc versum dicit, nihil nisi *εἴπερ* rectum esse puto.

Deinde G. Hermann cum Burgesio legit *πέφυκε κοὐκ ἄλλως λέγεις.* Blass autem recte agnovit *κακῶς,* quocum scribo: *εἴπερ πατὴρ πέφυκεν, οὐ κακῶς λέγεις*, quod Germanice fere: „Falls er mein Vater ist, so ist deine Äußerung nicht schlecht“, Phaethon matri respondet. Quae dicit (v. 56): „Scito, aperte hoc te cogniturum esse tempore interiecto.“

v. 56. Primo mihi displicuit exitus *σαφῶς*, quo loco in codice duo puncta sunt. Welcker iam coniecit *βραχεῖ* scribendum esse,

---

18 Hermes XVIII (1883) p. 399 n. 1.
19 Rh. Mus. XXIII (1868) p. 353 n. 112 = Opusc. IV, 60.
20 Rh. Mus. II, Suppl. 2 (1839) p. 603 n. 18.

cui dativus τῷ fortasse obstat; nam τῷ χρόνῳ apud Euripidem significat „temporis progressu", ut βραχεῖ molestum sit. Cf. Iph. A. 694: ἀλλ' ὁ νόμος αὐτὰ τῷ χρόνῳ συνισχανεῖ; Ion 1027: προλάζυμαι γοῦν τῷ χρόνῳ τῆς ἡδονῆς. Itaque Hartung[21] scripsit: πεύσῃ δ' αὐτὸς οὐ χρόνῳ μακρῷ. Sed illud adverbium σαφῶς rectum est, etiamsi eiusdem stirpis vocabulum initio huius versus invenitur; nam interest aliquid inter σάφα et σαφῶς. Adverbium σάφα — certo — cum verbis εἰδέναι, ἐπίστασθαι, εἰπεῖν coniunctum apud Homerum et alios poetas saepe nobis occurrit: σάφα εἰδέναι — pro certo scire — B 192; 252; σάφα ἐπίστασθαι δ 730; — σάφα δαείς Pind. O. 7, 91; — σάφ' ἴσθ' Aesch. Pers. 337; Ag. 1616; — Soph. El. 672; Eur. Phoen. 1617; — σάφα εἰπεῖν — vere dicere — Δ 404; Pind. O. 8, 46. Raro illud vocabulum in oratione pedestri invenitur: Xen. Cyr. I, 6, 10; IV, 5, 21: σάφα εἰδέναι. — Cum isdem et aliis verbis etiam adverbium σαφῶς — aperte — coniungitur: Aesch. Prom. 817 σαφῶς ἐκμάνθανε; 914 δεῖξαι σαφῶς; Ch. 20 σαφῶς μάθω; — Soph. O. T. 1132 σαφῶς ἀγνῶτ' ἀναμνήσω νιν; — Eur. Iph. T. 1156 ἐρεῖ σαφῶς; Iph. A. 1540 πᾶν πεύσῃ σαφῶς. Etiam Xenophon hoc adverbio usus est: Cyr. VIII, 7, 6: σαφῶς γιγνώσκω. Quibus ex locis allatis adverbium σαφῶς maioris esse ponderis quam σάφα elucet. Itaque hunc versum Germanice verto: „Das wisse gewiß, und du wirst es im Verlaufe der Zeit deutlich erfahren." —

Subito Phaethon exclamat (v. 57): „Sufficit; persuasum enim mihi est te non falsa dicere", et Clymenen in domum ire iubet (v. 58 sqq.), quia ex regia ancillae prodeunt, de quarum cotidianis operibus audimus. —

v. 57. Littera ν verbi λέγειν a manu correctoris recte adiuncta est. Illud verbum ἀρκεῖ habemus in Medea 754: ἀρκεῖ.

v. 58. Verbo ἕρπω Euripides saepius usus est: Hec. 1019 ἕρπ' ἐς οἴκους; Androm. 433.

Versus 59 sqq. nos admonent de fabula Euripidea, quae Ἴων inscribitur (v. 102 sqq.). Scilicet Schadewaldt[22] praedicat: „Während aber dort der Chor nur sein Morgenlied singt, fegt Ion wirklich den Hof, vertreibt er die Vögel, und seine Worte sind mit seinem Tun in eine Einheit übergegangen." — Haud scio an verba σαίρουσι δῶμα ancillarum laborem mane faciendum et καθ' ἡμέραν φοιβῶσι laborem die progresso faciendum significent; nam καθ' ἡμέραν plerumque significat cotidie. Cf. Aesch. Ch. 817: καθ' ἡμέραν [luce] δ' οὐδὲν ἐμφανέστερος. Fortasse ancillarum chorus scopas manibus tenens in scaenam progreditur. Quod Wilamowitz

---

[21] Eur. restitutus, Hamburg 1844, II, p. 195.

[22] Monolog und Selbstgespräch (Neue phil. Unters. v. W. Jaeger, Berlin 1926, II) p. 173.

per Clymenen ancillas advenientes indicari putat[23], sententia minus credibilis esse mihi videtur. Equidem cum Friderico Blass versus 58—66 Phaethontem dicere puto. Nam enuntiatum *καὶ γάρ* continet causam, cur dicitur *ἀλλ' ἕρπ' ἐς οἴκους*. Si Clymene diceret verba *καὶ γὰρ* . . . ., in hoc versu fierent personarum vices, quae non verisimiles esse mihi videntur. Sine dubio versus 63—66 Phaethonti tribuendi sunt: cf. v. 63 *πατήρ*; v. 66 *μῆτερ*.

v. 59. Bekker legit *τας γαμους*, contra Hase *ΩΡΑΕΜΟΙ*. Blass autem sentit[24]: „Ego post *πατρος* litteras *κατασ* dubitanter agnovi, tum vel *T* vel *P*; sequitur litt. correcta et ante eam superscriptum *A*, dein *MOY* (dubia ultima)." Quare lectio huius versus maxime dubia esse mihi videtur. Blass, qui lectionem *κατὰ σταθμοὺς* aptam putat, dicit[25]: *Σταθμοί* „domicilium" est, sicut apud Pindarum, sive nostrum „Gehöfte". Sed Blassii lectionem et Arnimii verba *κάθωρ' ἐμοῦ* equidem intellegere non possum.

Immo Godofredi Hermanni coniectura *πατρὸς κοιμωμένου* commemoranda esse mihi videtur. Conferre possumus versum 63: *ὅταν δ' ὕ π ν ο ν γεραιὸς ἐκλιπὼν πατήρ*. Hermanno quidem verba Blassii ignota erant. Verba *πατρὸς κοιμωμένου*, quamquam sensui sunt accommodata, a verbis traditis valde absunt. Sed quid scribendum sit, equidem diiudicare non possum.

v. 60. Verbum *σαίρω* — verro — apud Euripidem saepius est: Hec. 363 *σαίρειν δῶμα*; Androm. 166. Apud Sophoclem invenitur semel: Antig. 409 *πᾶσαν κόνιν σήραντες*. Aliquantulum offendit vocabulum *δόμων* post *δῶμα*. Itaque iam Burges *θεῶν* pro *δόμων* proposuit. Sed equidem traditum *δόμων* tenendum esse puto. In thesauro enim Graecae linguae (vol. II, 1626) legi haec: „Ceterum *δόμος* et *δόμοι* ut Latinum domus vocabulum non solum de domo quam proprie vocamus, i. e. de aedibus, dicitur, sed etiam de partibus domus omninoque de quibusvis habitaculis." Hoc loco *δόμοι* sunt fere „Gemach", „Zimmer". Apud Homerum (*ϑ* v. 55 sqq.) invenio: *αὐτὰρ ἔπειτα βάν ῥ' ἴμεν Ἀλκινόοιο δαΐφρονος ἐς μέγα δῶμα. πλῆντο δ' ἄρ' αἴθουσαί τε καὶ ἕρκεα καὶ δόμοι ἄνδρων*, ex quibus versibus vocabulum *δῶμα* propriam domum et *δόμους* domus partes significare apparet; cf. *χ* 203 sq.:

ἐφέστασαν οἱ μὲν ἐπ' οὐδοῦ
τέσσαρες, οἱ δ' ἔντοσθε δόμων πολέες τε καὶ ἐσθλοί.

Δῶμα „de conclavi maiore aedium dicitur" in Homeri Iliade *Z* 316: *οἵ οἱ ἐποίησαν θάλαμον καὶ δῶμα.*

---

[23] Hermes XVIII (1883) p. 400.
[24] Dissertatio de Phaeth. Eur. fragm. Clar., Kiel 1885, p. 5.
[25] Ibidem p. 5.

Euripidem igitur in hoc versu domum ipsam et domus partes discernere credibile est.

Quod ad κειμήλια attinet, hoc substantivum significat omne bonorum genus, velut apud Homerum κειμήλια plerumque sunt opera artis plena. Euripides quoque, qui vocabulum ex Homero sumpsit, eiusmodi opera indicare mihi videtur. Blass addit[26]: „Verum non pretiosissima illa aurea in thesauro regis abscondita." Cf. Soph. El. 438: κειμήλι' αὐτῇ ταῦτα σῳζέσθω κάτω.

Eur. Heracl. 591: τάδ' ἀντὶ παίδων ἐστί μοι κειμήλια.

Rhes. 654: μέγιστον δ' ἐν βίῳ κειμήλιον.

Ex quibus locis κειμήλιον rem pretiosissimam esse cognoscitur.

v. 61 sq. Verba φοιβάω pro φοιβάζω — purgo — et θυμιάω — suffio — in nulla alia fabula inveni. Ἐπιχώριοι ὀσμαὶ sunt suffimenta indigena; nam haec Euripidis fabula est in Aethiopia (cf. p. 19), ubi tus nascitur.

Versus 63—66 nobis patefaciunt consilium Phaethontis, qui ad aedes Solis, si pater senex de nuptiis dicet, ire vult, ut exploret, an matris verba vera sint (cf. p. 22 sq.). Fortasse Merops Phaethontis nuptias optat, quia pater ipse iam senex est.

v. 63. Recte a correctore ουταν in ὅταν δ' et a Godofredo Hermanno ὕπνου in ὕπνον mutatum est. —

Post sermonem inter Clymenen et Phaethontem peractum ancillarum chorus in scaenam prodit, ut parodum canat. Quod argumentum attinet, parodum in duas partes dividere possumus; altera pars complectitur stropham, antistropham α, stropham β, altera antistropham β, epodum. In priore vero Euripides egregie descripsit matutinum diem, quem chorus praedicat. Atque iure optimo Wecklein de parodo dixit[27]: „Die von Goethe trefflich bearbeitete Parodos stellt dem Natursinn des Euripides ein schönes Zeugnis aus." —

Versus 67—70 in codice Claromontano evanuerunt. Ex papyri Berolinensis lectionibus et nonnullis videlicet coniecturis strophae argumentum satis certum mihi videtur.

v. 67. Aurora nominatur ἀρτιφανής, quod adiectivum nullo alio loco cum nomine Aurora ab Euripide est coniunctum. Apud Homerum Aurora est: ἠριγένεια — mane nata — Θ 508; μ 3; ν 94; — φαεινή — lucida — δ 188; φαεσίμβροτος — mortalibus lucens — Ω 785; (cf. Rosch. Lex. I, 1254). Illud adiectivum ἀρτιφανής invenitur in Anth. Pal. VI, 21, 6: ἀρτιφανοῦς κάμβρης (cod. pr.

---

[26] Dissertatio de Phaeth. Eurip. fragm. Clarom., Kiel 1885, p. 5.

[27] Cf. Tragödien des Euripides, Sitzb. d. k. b. Academie der Wissensch. zu München, philos.-hist. Klasse (1888) I, p. 122.

ἀρτιφυοῦς), saepius apud Nonnum: Dion. 12, 5 *ἀρτιφανὴς Σελήνη*; 38, 8 *ἀρτιφανὲς φάος Ἠοῦς*.

v. 68. Verbum *ἱππεύει* recte supplevit Wilamowitz; nam Auroram equo vehentem nobis offert Euripidis Orestes 1004 *μονόπωλον ἐς Ἀῶ*. Bigae Aurorae apud Homerum commemorantur ψ 244 sqq.: *οὐδ᾽ ἔα ἵππους*

ζεύγνυσθ᾽ ὠκύποδας, φάος ἀνθρώποισι φέροντας,
Λάμπον καὶ Φαέθον θ᾽, οἵτ᾽ Ἠῶ πῶλοι ἄγουσιν.

v. 70. *Πλειάς* significat stellas, quae Aurora appropinquante diffugiunt. In huius versus exitu Radermacher supplet *νυχία* et Wilamowitz *σκοτία*. Adiectivum *σκότιον* imprimis significat, quaecumque clam fiunt. Cf. Z 24: *σκότιον δέ ἑ γείνατο μήτηρ*, et scholiastes adnotat [28]: *σκότιον τὸν ἐκ λαθραίας μίξεως γεννηθέντα*. Eadem fere significatione etiam Euripides hoc vocabulo usus est: Alc. 989 *θεῶν σκότιοι παῖδες*; Ion 860 *σκοτίας εὐνάς*; Troad. 44 *σκότιον λέχος*; ibid. 251 *σκότια νυμφευτήρια*. Sed adiectivum *νύχιον* temporalem sensum habet: Iph. T. 1276 *νυχίους ἐνοπάς*; El. 141 *γόους νυχίους*. Quare vocabulum *νύχιος* aptissimum esse mihi videtur. — Simile exemplum Solis orientis invenimus in Euripidis Ione 82—85:

ἅρματα μὲν τάδε λαμπρὰ τεθρίππων
Ἥλιος ἤδη λάμπει κατὰ γῆν,
ἄστρα δὲ φεύγει πυρὶ τῷδ᾽ αἰθέρος
ἐς νύχθ᾽ ἱεράν.

Idem fere dicit Ovidius poeta in met. II, 112 sqq.:

„Ecce vigil nitido patefecit ab ortu
Purpureas Aurora fores et plena rosarum
Atria: diffugiunt stellae.“

Et Vergilius Aen. III, 521: „Iamque rubescebat stellis aurora fugatis.“ —

Itaque verbum *ἐκλείπειν* — diffugere — hoc loco aptum est.

v. 71. *δενδρεσιλεπταν* legerunt Bekker et Blass in codice Claromontano. Hase autem *δεδενδρων κλεινην* legit et Burges coniecit *δ᾽ ἐν δένδρῳ ἐλεινάν*. *δένδρεσιν* dativum locativum esse puto lectionem Blassii secutus. Kühner [29] nonnulla huius usus exempla affert: Soph. O. T. 1291 *μενῶν δόμοις*; ibid. 1266 *γῇ ἔκειτο*; ibid. 1451 *ναίειν ὄρεσιν*; Eur. Or. 1433 *νῆμα θ᾽ ἵετο πέδῳ*, quamquam hunc dativum locum significantem apud tragicos rarum esse dicit.

v. 73. Cum versu *ὀρθρευομένα γόοις* conferre possumus in Euripidis „Supplicibus“ versum 977: *γόοισι δ᾽ ὀρθρευομένα*. Quod

---

[28] Cf. Scholia Graeca in Homeri Iliad. ed. G. Dindorf, Oxford 1875, III, p. 277.

[29] Ausführl. griech. Grammatik, Leipzig 1898, II. Teil Satzlehre, I, p. 441.

ad participium ὀρθρευομένα attinet, dicit O. Schroeder [30]: „In dem Epitheton berührt sich die Schwalbe mit der Nachtigall: μέλπει ὀρθρευομένα γόοις (Eur. Phaeth. fr. 773, 25) klingt ja ganz wie eine Umschreibung des ὀρθρογόη der Schwalbe.“ Apud Hesiodum enim est hirundo ὀρθρογόη (ὀρθογόη) (Op. 568).

v. 74. Ἴτυς nomen vox lusciniae querentis est apud Aeschylum: Ag. 1144 Ἴτυν, Ἴτυν στένουσ' et apud Sophoclem: El. 148 ἃ Ἴτυν, αἰὲν Ἴτυν ὀλοφύρεται, ὄρνις ἀτυζομένα. Iam mihi liceat nonnulla verba facere de fabula, quae cum Ἴτυς nomine coniungitur. Itys enim erat filius Prognes Tereique, regis Thracum. Pater autem Philomelam, Prognes sororem, amans Prognen mortuam esse simulat. Philomela a Tereo vitiata vitiationis scelus, quia ille linguam ei exciderat, texit. Progne vero sua sponte Itym occidit et patri epulandum proponit. Quo facinore cognito Tereus Philomelam et Prognen, quae effugerant, persequitur. A dis Tereus in accipitrem, Philomela in hirundinem, Progne in lusciniam mutantur. (Cf. Hyg. fab. 45; Ovid. met. VI, 412 sqq.; Soph. „Tereus“ N.² fr. 523—538; Rosch. Lex. II, 570 sqq.; III², 2344 sqq.; Hermes LXI [1926] p. 423 sqq.) —

Cur Euripides huius fabulae nos admonet? Goethe noster dicit [31]: „Man hört noch die Nachtigall singen, wobei es höchst wichtig ist, daß ein Hochzeitgesang mit der Klage einer Mutter um ihren Sohn beginnt“, et Wilamowitz [32]: „Er (Eurip.) hat die sehr menschliche Schilderung des Morgens gewählt, weil sie in scharfem Kontraste zu der Geschichte stand, die er dramatisierend zu vermenschlichen wagte.“ Sola Clymene Phaethontem Solis filium esse scit, cum Merops eum suum filium putet. Poeta hoc loco per ancillarum chorum futurum tempus vix boni quicquam laturum esse obscure dicere vult. —

Adiectivo πολύθρηνος — valde lamentabilis — etiam Aeschylus usus est: Ag. 711 πολύθρηνος ὕμνος; ibid. 714 πολύθρηνος αἰών.

v. 75. Οὐριβάτης est idem nomen atque ὀρειβάτης — qui montes scandit —. Exempli causa affero versum 170 Electrae Euripideae: ἐμολέ τις ἔμολεν γαλακτοπότας ἀνὴρ Μυκηναῖος ὀρειβάτας. Cum hoc versu conferre possumus Troadum versum 436: ὠμοβρώς τ' ὀρειβάτης Κύκλωψ. Etiam apud Sophoclem (Phil. 955; O. C. 1054) hoc vocabulum nobis occurrit, cum Aeschylus eo usus non sit. Apud Euripidem substantivum οὐριβάτης modo hoc loco inveni. — Substantivum οὖρος, quod Ionice dicitur pro ὄρος, invenitur apud Homerum in his casibus: Γ 34 οὔρεος ἐν βήσσῃς; Α 157 οὔρεά τε

---

[30] Hermes LXI (1926) p. 423 sqq.
[31] Goethes Werke, Weimar 1903, 41, 2, p. 37.
[32] Cf. Reden und Vorträge, Berlin 1925, I, p. 175.

σκιόεντα; Δ 455 *ἐν οὔρεσιν.* — In hoc versu *οὐριβάται* metri causa scriptum est, quod dimeter choriambicus est. Littera o producta in *ου* et diphthongus *ει* correptus est in *ι* [33].

v. 76. *Ποιμναν* est genetivus pluralis doricus, quem in papyro legimus, cum in codice Claromontano *ποιμνας* scriptum sit, qui casus est genetivus singularis. Mea vero sententia genetivus *ποιμνᾶν* rectus est. Librarius formam *ποιμνᾶν* cum non intellegeret, *ποίμνας* scripsit. *Σύριγγας κινοῦσιν* transferre possumus „ins Horn stoßen"; *σῦριγξ,* quod substantivum vere significat fistulam, hoc loco translate adhibitum est.

v. 77. *Ἔγρονται* est repetendum a verbo *ἔγρεσθαι* — excitari. Quo de verbo iam Ph. Buttmann scripsit [34]. In Anglorum lexico Graeco [35] legimus: „*ἔγρω* later form of *ἐγείρω.*" Illud verbum apud epicos minores natu est: *ἐγρέτω* apud Sopatrem (ed. G. Kaibel C. G. F. I, p. 194 fr. 10); *ἔγρει* in Callimachi Hecale (cf. Callim. fragm. nuper reperta ed. R. Pfeifer p. 83 v. 58); *ἔγρεσθε* in Rheso 532; *ἔγρεται* apud Oppianum, Hal. V, 241 (ed. Joh. Gottl. Schneider); *ἔγρετο* a. Opp. Cyneg. III, 421 (ed. P. Boudreaux). *Ἔγρονται εἰς* non invenitur; sed fortasse hanc constructionem tenere possumus, quamquam *ἔγρονται* in *ἔρχονται*, quod Nauck proposuit, facillime mutari potest.

Quod ad vocabulum *βοτάναν* attinet, saepius est apud Homerum: *κ* 411 *ἐπὴν βοτάνης κορέσωνται; Ν* 493 *ὡς εἴ τε μετὰ κτίλον ἕσπετο μῆλα πιόμεν' ἐκ βοτάνης.* Aeschylus et Sophocles hoc vocabulo usi non sunt, qua re Euripidem *βοτάνη* ab Homero sumpsisse opinamur; qui hoc substantivum iterum in Cyclope (45) adhibet: *ποιηρὰ βοτάνα.* Argumentum vero Cyclopis fabulae ex Homeri Odyssea sumptum esse scimus.

v. 78. *Ξανθᾶν* est genetivus pluralis doricus pro *ξανθῶν*, quod manus secunda correxit.

v. 79. *Ἔργα* sunt „bestellte Felder". Multorum exemplorum, quae Homerus habet, commemoro *ξ* 344 *ἔργα Ἰθάκης.* In Euripidis fabulis nullum exemplum huius significationis inveni.

Nomen *κυναγός* est doricum et poeticum pro *κυνηγός.* Wilamowitz addit [36]: „Das ist der athenische Jäger, der überall bestelltes Feld findet und nur spärliche Hasen erbeutet."

In versu 80 *στείχουσιν θηροφόνοι* mutandum mihi non videtur. *Στείχουσιν θηροφόνοι* codex habet, cum papyrus *θ[ηροφόνοι στ]εί-*

---

[33] Cf. K. Rupprecht, Einführung in die griech. Metrik, München 1924, p. 14 e, p. 15 f.

[34] Ausführl. griech. Sprachlehre, Leipzig 1839, II, § 114.

[35] Greek-English Lexicon, by H. G. Lidell and R. Scott, Oxford 1927, III, 475.

[36] Hermes XVIII (1883) p. 402.

χουσιν tradat. Adiectivum *θηροφόνον* etiam in Hippol. invenitur: 216 *ἵνα θηροφόνοι στείβουσιν κύνες,* et in Herc. 378 *θηροφόνον θεάν.*

v. 81. *Ὠκεανοῦ πηγαί*, quae verborum compositio est nullo alio loco, Wilamowitz vertit [37]: „Und der Vogel des Apollon singt auf den nahen Fluten des erdumgürtenden Meeres dem Tage das Morgenlied." Scaena est in litore Oceani, ex quo flumine Auroram oriri antiqui sentiunt homines. „Oceanum Homerus fluvium cogitavit fluviorum omnium mariumque parentem, ex quo sol ceteraque sidera oriuntur et in quo occidunt" [38]. Hesiodus idem sentit atque Homerus. Itaque Euripides fortasse dicit *πηγαὶ ὠκεανοῦ.*

v. 82. *Μελιβόας*, quod hoc tantum loco in Euripide est, novum adiectivum esse mihi videtur. Similiter composita sunt haec adiectiva: *μελίβρομος* Anth. Pal. VII, 696, 5; *μελίγδουπος* Pind. N. 11, 18; *μελίγηρυς* Hom. *μ* 187; Pind. Ol. 11 (10), 4; N. 3, 4; P. 3, 64; Alcm. fr. 94. *μελίγλωσσος* Aesch. Prom. 172; Aristoph. av. 908. *μελίθρους* Anth. Pal. V, 125, 2. *μελίκομπος* Pind. I. 2, 32. *μελίρροθος* Pind. fr. 246. *μελίφθογγος* Pind. Ol. 6, 21.

Κύκνος est avis Apollinis sacra, quae, ut antiqui putabant, ante mortem cantus lugubres movebat. Notum est proverbium *τὸ κύκνειον ἐξᾴδειν* aut *ἐξηχεῖν.* Cf. Plat. Phaed. 85 a; Polyb. 30, 4, 7; 31, 20, 1. Cantu huius avis Euripides dicere vult Phaethontem iam mox moriturum esse. —

Versus strophae et antistrophae *α* sunt dimetri choriambici, quibus versibus popularibus Euripides consulto utitur in posterioribus fabulis. Illud metrum ante choriambum varie formari potest. Ad versus strophae *α* respondent metra antistrophae *α*. Versum 73 glyconeum puto, quem in initio una syllaba deficit. Versus 81 antistrophae *α* etiam dimeter choriambicus intellegi potest. Pherecratei sunt versus 74 et 82, in quibus syllabae „*λυ*" et „*κυ*" positionem debilem habent, quia sequuntur litterae „*θρ*" et „*κν*". —

De stropha *β* Wilamowitz dicit [39]: „Von der zweiten Strophe ist nur der Anfang *ἄκατοι δ' ἀνάγονται ὑπ' εἰρεσίας ἀνέμων τ' εὐαέσσιν ῥοθίοις* gesichert." Papyrus hoc loco multas lacunas habet, sed fortasse codex satis facit ad versus restituendos. Legimus in „Berliner Klassikertexte" V, 2 p. 84: „Allerdings hatte der Phaethon einen besonders unsicheren Text, und das sieht man leicht, daß C allein, vollends wo die Lesung unsicher ist, zur Herstellung des Echten vielfach nicht hinreichen kann." Sed Krantz mea sen-

---

[37] Hermes XVIII (1883) p. 402.

[38] Cf. Stephanus, Thesaurus Graecae linguae VIII, 2008.

[39] Hermes XVIII (1883) p. 403 n. 1.

tentia lacunas optime explevit, ut satis certo argumentum strophae β cognoscamus. —

v. 83. Ἄκατοι recte Matthiae scripsit pro ἄκοντοι, quod vocabulum apud nullum poetam aut scriptorem inveni. Ἄκατος nomine Euripides in Oreste 341 usus est et significat „Kahn".

Papyrus tradit εἰρεσίαις, cum in codice Claromontano a correctore εἰρεσίας emendatum sit, quae emendatio aptissima esse mihi videtur, cum una cum verbo passivo ἀνάγονται etiam auctor significetur. Quo loco ὑπ' εἰρεσίας coniunctum est cum dativo instrumentali ῥοθίοις. Vocabulum εἰρεσία etiam collectivum sensum habere potest. Cf. Eur. Hel. 1453 μάτηρ εἰρεσίας φίλα. Ὑπὸ c. dativo cf. v. 87.

v. 84. Quod ad vocabula εὐάεσσιν et ἀνέμων attinet, codex modo ευαεσιν et οις habet et corrector ἀνεμωντ et ῥοθι supplevit. Papyri lectio hoc loco incerta est. Schubart in papyro [ἀνέ]μω[ν ῥοθίοις] et Wilamowitz [εὐ]ἀτ[εσσιν ῥοθίοις] legit. *M* et *A* facile permutari possunt, tamen *T* pro *Ω* putari non perspicuum esse mihi videtur. Aut ἀνέμων aut εὐάεσσιν in papyro omissum est.

Ῥοθίοις ἀνέμων apud Euripidem, quantum scio, alibi non est. Plerumque coniungit ἄνεμοι cum πνοή(α). Cf. Hel. 1503 εὐαεῖς ἀνέμων πνοάς. Varius [40] est apud Euripidem usus vocabuli ῥόθιον, quod proprie significat maris strepitum: Iph. T. 426 ἐπ' Ἀμφιτρίτας ῥοθίῳ. Ad ventum translatum est in hoc versu. Alibi (cf. Cycl. 17 ῥοθίοισι λευκαίνοντες) est maris fremitus remis excitatus. Metaphorice ab Euripide ῥόθιον adhibitum est in Andromacha 1096 κἀκ τοῦδ' ἐχώρει ῥόθιον ἐν πόλει κακόν, in quo versu dicitur de seditioso populo.

v. 85. Post vocabulum ἱστία coniecit Herwerden λευκὰ πετάννυνται, sed potius ναῦται coniecturam Krantzii metro aptam probo.

v. 86. Accuratius de vocabulo ἀχοῦσιν quaerendum est. Quia codex et papyrus αχεουσιν tradunt, Wilamowitz emendavit ἀχοῦσιν dicens ἀχέουσιν contra dialectum et metrum esse. Ἀχεῦσιν formam ionicam hoc loco propositam non rectam esse puto. Euripides formam ἀχοῦσιν adhibuit in Supplicibus 72 ἀχοῦσιν προσπόλων χέρες. Ἀχοῦσιν a verbo ἠχέω repetendum est.

Krantz ex πό]τνι' αὔρ[α] precationem nautarum colligendam esse putavit; nautae enim secundum ventum orant. In Hecuba 447 sqq. chorus orat:

αὔρα, ποντιὰς αὔρα,
ἅτε ποντοπόρους κομί-
ζεις θοὰς ἀκάτους ἐπ' οἶδμα λίμνας,

---

[40] Cf. Elimar Schwartz, De metaphoris e mari et re navali petitis quaestiones Euripideae, Kiel 1878, p. 15.

ad quos versus Graecus Euripidis explicator habet haec[41]: „αὖρα, ποντιὰς αὖρα, ἥτις κομίζεις τὰς ἐν θαλάσσῃ πορευομένας θοάς, ἤτοι ταχυτάτας, νῆας ἐπὶ τὸ κῦμα τῆς θαλάσσης." *Πότνι' αὖρα* significat hoc Phaethontis loco „veneranda aura".

v. 87. Krantz coniecit in hoc versu *ἡμᾶς σύν* . . . Sed praepositionem *ὑπό*, quae plerumque cum substantivo *πομπή* coniungatur, etiam hoc loco magis idoneam esse puto. *Σύν* modo comitatum exprimit, cum *ὑπό* cum dativo coniunctum mea sententia causam comitantem et adiuvantem[42] significat. Cogito de Homeri versu *Z* 171: *αὐτὰρ ὁ βῆ Λυκίηνδε θεῶν ὑπ' ἀμύμονι πομπῇ.* An Euripides huius versus recordatus sit, diiudicari non potest. Cf. Aesch. Eum. 1034 *ὑπ' εὔφρονι πομπᾷ.*

Adiectivum *ἀκύμων* — non undosus — hoc modo optime intellegere possumus.

v. 88. *Σιγώντων ἀνέμων* vertere possumus „bei schweigenden Winden". *Ἄνεμος* est vox poetis et pedestris sermonis scriptoribus valde usitata et ex Aristotelis verbis, quae sunt in libro „De mundo" c. 4, 10: „*Τὰ δὲ ἐν ἀέρι πνέοντα πνεύματα καλοῦμεν ἀνέμους, αὔρας δὲ τὰς ἐξ ὑγροῦ φερομένας ἐκπνοάς*" cognoscere possumus, quae sit differentia inter *ἄνεμος* et *αὖρα*. *Ἄνεμος* est „nihil aliud, quam aer multus fluens et coacervatus". *Αὖρα* autem est, ut supra iam dixi, ventus secundus.

v. 89. Recte in hoc versu Krantz supplevit *ποτὶ τέκνα.* Similem versum Wilamowitz affert[43] de Solis reditu:

ποτὶ ματέρα κουριδίαν τ' ἄλοχον
παῖδάς τε φίλους (Stesichorus 8).

v. 90. Preces nautarum bonum habent eventum, ut ex verbis *σινδὼν δὲ πρότονον ἐπὶ μέσον πελάζει* satis apparet. G. Hermann *πρόγονον*, quod codex habet, correxit in *πρότονον. Πρότονος* est funis, quo a summa mali parte in proram tentu ipse malus firmatur. Apud Homerum (*μ* 409; *A* 434) naves plerumque funem a malo summo in puppim et in proram tendentem habent, qua de causa *πρότονοι* forma pluralis saepius occurrit. Wilamowitz *πρότονον ἐπὶ μέσον* vertit „bis zum Steg" dicens[44]: „Ich entnehme dieses Wort der Schiffersprache aus der Erklärung Boeckhs zu den attischen Seeurkunden. Es ist das Tau, das vom Bugspriet her oben an den Mast gespannt ist, diesen zu halten. Das einzige

---

[41] Cf. Scholia in Euripidem, ed. E. Schwartz, Berlin 1887, I, p. 44, v. 444.
[42] Cf. Kühner-Gerth, Griech. Grammatik, Leipzig 1898, II, 1, p. 524, II, 2 b.
[43] Hermes XVIII (1883) p. 397 n. 1.
[44] Cf. Reden und Vorträge, Berlin 1925, I, p. 175 n. 1.

Segel wird vom Winde, der seitlich einfällt, bis an dieses Tau getrieben.“

Qua descriptione facta chorus, quid sibi faciendum sit, narrat.

v. 91. Lectio codicis Claromontani est haec: *τὰ μὲν οὖν ἑτέροισιν μέριμνα πέλει,* papyri autem *τὰ μὲν οὖν ἑτέρων ἑτέ[ροισι μέλει]*, quod supplementum Rubensohn fecit. Verba codicis tradita mihi quidem placent. Quod autem chorus tam improviso suum laborem significat, equidem papyri lectionem *τὰ μὲν οὖν ἑτέρων . . . . μέλει* probaverim. Verbo sequenti *κοσμεῖν* (v. 92) exprimitur id, quod alii faciunt. Blass *κοσμεῖν*, quod verbum papyrus et codex tradunt, retinere vult, cum Wilamowitz dicat [45]: »„Das wäre“, — ille putat papyri lectionem —, „was die andern tun, zu schmücken, geht die andern an“, unsinnig, da er es ja geschmückt, d. h. besungen hat.« At verba *τὰ μὲν οὖν ἑτέρων* omnino non ad ea, quae antecedunt, pertinent, sed contraria sunt iis, quae sequuntur: *ἐμὲ καὶ . . . . . ὑμνεῖν.* Optimus est infinitivus *κοσμεῖν*, qui a verbo *μέλει* pendet. Pro *μέλει* etiam *πρέπει* scribere possumus; nam illud *μέριμνα πέλει* codicis Claromontani videtur esse paraphrasis, quam ex verbo *μέλει* duxit. Equidem *κοσμεῖν* praetulerim.

v. 92. Deinde *ὑμεναίων δὲ δεσποσύνων*, quae verba codex et papyrus, excepto adverbio *ἀεί* ante *δεσποσύνων*, quod papyrus habet, nobis dant, difficultates praebent. Difficultas, quae est in plurali *ὑμεναίων*, fortasse tolli potest, si *ὑμέναιον* coniciens cum hoc nomine coniungo *ὑμνεῖν.* De hac coniectura Burges quoque cogitavit. Atque litteram *ω* pro *ο* saepissime scriptam esse scimus. Quomodo *δεσποσύνων* explicari possit? Genetivus pendere mihi videtur ab *ὑμέναιον* et significat „carmen ad honorem domus regiae aut potius *τῶν τοῦ δεσποσύνου γάμων.* Quare chorus ancillarum carmen canere velit, versus sequentes nobis dicent. — Ancillae enim sunt, quae, quamquam comites sponsae non sunt, proprium carmen nuptiale canunt. — Euripides verba *ὑμέναιον ὑμνεῖν* adhibuit, ut ludum etymologicum daret. *Ὑμέναιος* nos admonet substantivi *ὑμήν — ένος* — membrana —, a quo originem repeti non posse putat iure P. Maas [46]. Ille vir doctus dicit [47]: „Ich meine, am besten wird man das Rätsel der Herkunft von *ὑμήν* mit dem Rätsel der Etymologie von *ὕμνος* verknüpfen und in beiden Worten die gleiche Wurzel vermuten. Die inhaltliche Ver-

---

[45] Berliner Klassikertexte V, 2 (1907) p. 83.
[46] Cf. Philol. LXVI (1907) p. 594 sqq.
[47] Ibidem p. 596.

wandtschaft ist ja evident und Stellen wie Aristophanes, Vögel 1743 ἐχάρην ὕμνοις (mit Beziehung auf den vorhergehenden Hochzeitsruf) und v. 1728 ἀλλ' ὑμεναίοις zeigen, daß diese Nebeneinanderstellung schon den Alten geläufig war. Ursprünglich mag ὑμήν eine etwas weitere, oder ὕμνος eine etwas engere Bedeutung gehabt haben." Idem etiam Euripides hoc loco monstrare voluit. In substantivo ὕμνος [48] alii viri docti (W. Schmid, Rh. Mus. LXI [1906] p. 480; Brugmann-Thumb, Griech. Gramm., p. 89) verbum ὑδέω— canto —, alii (Doederlein, Homer. Glossarium I, 1850, 113; H. Ehrlich, Rh. Mus. LXII [1907] p. 321 sqq.) verbum ὑφαίνω — texo — cognoverunt, quae etymologia fortasse praeferenda est.

Particulam δέ, quae particulae μέν respondet, Blass post δεσποσύνων ponit. Δέ ante δεσποσύνων a librario codicis Claromontani mea sententia bis scriptum est.

v. 95. Codex habet εὐάμεροι et papyrus εὐήμεροι. Neutra forma metro apta est. Substantivum vero sine dubio hoc loco ponendum est. Blass [49] εὐήμεροι μολπαί coniungit ratus a nominativo genetivum ἀνάκτων pendere, quam sententiam falsam esse puto. Wilamowitz quoque recte dicit [50]: „Eine Erklärung ὑμέναιοι δεσπόσυνοι = δεσποτῶν εὐήμεροι μολπαί verdient keine Widerlegung, denn danach singt die Herrschaft das Brautlied selbst und erhebt dadurch den Dienstboten ihre Zuversicht zur Freude." Εὐήμεροι mea sententia non tenendum M. Schmidt mutavit in εὐαμερίαι, quam formam doricam equidem probo.

v. 96. Dativus μολπᾶι obscurus esse mihi videtur. Equidem praetulerim μολπᾶν aut μολπᾶς, qui casus cum substantivo θάρσος coniunctus optime intellegi potest. Quod ad θράσος attinet, Wilamowitz, quia dimetro choriambico aptum non est, in θάρσος correxit. Αἶους in codice Claromontano scriptum Kaibel statim in ἄγουσ' mutavit. Sed M. Schmidt coniecit αἴρουσ', quam lectionem etiam Nauck et Blass probaverunt. Sed hoc verbum hoc loco non aptum esse mihi videtur. Simile exemplum est in Sophoclis Philocteta 638 ὕπνον ἄγειν i. e. „Schlaf bewirken".

v. 97. Ἐπίχαρμα Hesychius explicat: χάρμα, ᾧτινι χαίρει τις = Mitfreude. Ex versibus 97/98 chorum aliquid mali praesagire apparet. Quos versus in Germanicum convertere difficile est.

v. 98. Wilamowitz ipse dicit [51]: „φόβος ist schwer zu übersetzen." Significat idem fere atque in Aeschyli Choephoris v. 32 ὀρθόθριξ φόβος.

---

[48] Cf. Wünsch, P.-W. R. E. IX, 140, I.
[49] De Phaeth. Eurip. fragm. Clar. Kiel 1885, p. 7.
[50] Berliner Klassikertexte V, 2 (1907) p. 83.
[51] Ibidem p. 83.

Οἶκος vocabulum saepius a tragicis poetis adhibetur pro „familia". Cf. Aesch. Choeph. 77: *ἐκ γὰρ οἴκων πατρῴων δούλιον ἐσᾶγον αἶσαν*; Soph. El. 978: *τὸν πατρῷον οἶκον*. —

In stropha β sunt versus 83—85 et in antistropha β versus 91—93 dimetri anapaestici. Deinde sequuntur duo paroemiaci, ad quos respondent versus 94/95 antistrophae. Wilamowitz coniungit versus 88/89 et 96/97, ut heptameter dactylicus catalecticus oriatur [52]. Versus 88 et 96 dimetri choriambici, 89 et 97 dimetri anapaestici legi possunt. Versus 90 et 98 sunt trimetri iambici catalectici. —

Antistropham β sequitur epodus. Ex verbis chori hoc die nuptias confectum iri concludere possumus. Praeterea sine dubio iam in dialogo inter Clymenen et Phaethontem mentio facta est huius diei, qui nuptiis est destinatus.

v. 99. *Ὁρίζεται* aut medialem aut passivam significationem habere potest. *Τέλος* lectio Claromontani Medio et *τέλει*, quod papyrus offert, Passivo aptum est. Chorus iure dicere potest *ὁρίζεται*, quod Aurora vix orta est. *Τέλος γάμων* fortasse reddi potest nominibus „conciliatio nuptiarum" aut „confectio". Verba chori in Latinum versa sunt haec: Destinatur autem haec lux (dies) conciliationi nuptiarum.

v. 100 sqq. Nonnullas difficultates versus, quorum sensus minus perspicuus sit, parant. Pronomen *τό*, quod ad *τέλος* referendum est, pendet a verbo *προσέβαν* — accessi aut appropinquavi —. Euripides hoc verbo translate usus esse videtur. Versus ita vertendi sunt: Ad confectionem nuptiarum aliquando modo votis accessi precatus, ut hymenaeum canerem. Quod chorus petivit, infinitivus *ὑμέναιον ἀεῖσαι* nobis dicit.

v. 103. *Φίλων δεσποτᾶν* eandem significationem habet atque illud *δεσποσύνων* in versu 92.

v. 104. *Κραίνω* — conficio — apud Euripidem invenitur: Ion 570 *θεὸς ὀρθῶς ἔκρανε*; El. 1248 *Μοῖρα Ζεύς τ' ἔκρανε.*

v. 106. Parodus finitur his verbis *ἴτω τελεία γάμων ἀοιδά.* Adiectivum *τελεία* fortasse cum genetivo *γάμων* coniungendum est. Etiam *ἀοιδά* dici potest *τελεία*, quod ancillis tandem venit is dies, quo hymenaeum canere possunt. Wilamowitz enim vertit hunc versum [53]: „Nun ertöne auch das Lied, das die Ehe schließt." Equidem transtulerim: „Drum ertöne der Ehe Preislied, dessen Ziel nun endlich erreicht ist" *Ἴτω* igitur Germanice significat: „Drum ertöne." Similis usus verbi *ἰέναι* invenitur apud Euripidem

[52] Berliner Klassikertexte V, 2 (1907) p. 81.
[53] Hermes XVIII (1883) p. 401.

El. 879: ἀλλ' ἴτω ξύναυλος βοὰ χαρᾷ; apud Sophoclem Trach. 208: ἐν δὲ κοινὸς ἀρσένων ἴτω κλαγγά; Pel. fr. 450 (N.²): ἴτω δὲ Πυθιὰς βοά; apud Aeschylum Sept. 964: ἴτω γόος.

Wilamowitz dicit [54] chorum optare εἴθε τελεσθείη δῆτα ὁ γάμος. Ille vir doctissimus mihi videtur putare chorum ancillarum optare, ut nuptiae conficiantur vel potius ipsum carmen nuptiale canatur. Re vera illis ancillis ipse hymenaeus canendus non est, qua re alterum chorum in scaenam proditurum esse concludere possumus. Equidem puto versum ἴτω τελεία . . . ita esse accipiendum, ut chorus carmen canere instituat. Sed nova re, ut ex versibus sequentibus cognoscere possumus, ancillae avertuntur. Itaque choragus dicit 109/110: ἔχειν χρὴ στόμ' ἐν ἡσυχίᾳ. —

Epodi primus versus (99) est trimeter iambicus, quem sequitur (v. 100) dimeter, cuius alterum metrum syllaba brevis deficit. Quocum versu comparare possumus versum 103. Quod ad versum 100 participium λισσομένα adicio, oritur trimeter choriambicus; versus 101/102 formant hoc modo paroemiacum. Etiam versus 104/105 in dimetros iambicos dividere possum, cum syllabam νε (v. 104) ante substantivum λέχος pono. Versus 106 est trimeter iambicus, cuius primum metrum plenum, secundo prima et tertio metro altera syllaba brevis detracta est. —

Parodo finita a chori duce nuntiantur, ut Euripides saepe facere solet, advenientes. Merops Phaethonque praecone comitante in scaenam prodeunt.

v. 107. Πρὸ δόμων βαίνουσιν est: domum reliquerunt. Simile exemplum invenimus in Oreste 1504: εἰσορῶ πρὸ δωμάτων βαίνοντ' Ὀρέστην.

v. 109. Correcturam traditi τριπλοῦν in διπλοῦν non probo, cum tres homines sint, qui in scaenam procedunt. Τριπλοῦν ζεῦγος apud Euripidem nullo alio loco inveni; sed comparare possumus in Troadibus versum 924: ἔκρινε τρισσὸν ζεῦγος ὅδε τριῶν θεῶν.

v. 111. Verba περὶ μεγάλων γνώμας δείξει fortasse indicare videntur de nuptiis deae agi. Quae sit dea, chorus ipse quoque nescit. Praeterea θέλων participium (v. 112) nobis dicit, quantopere Merops nuptias vel potius earum conciliationem cupiat.

v. 112. Bekker legit ωσφησι et Blass οισφησι. Utraque lectio mea sententia est minimo pondere. Itaque Wecklein dicit [55]: „Es wird jedenfalls ursprünglich ὑμεναίοις θείοισι geheißen haben“, quae opinio recta esse mihi videtur. Ὑμεναίοις θείοισι νύμφης τε

[54] Hermes XVIII (1883) p. 401.

[55] Cf. Tragoedien des Euripides, Sitzb. d. k. b. Academie der Wissensch. zu München, philos.-hist. Klasse (1888) I, p. 122.

λεπάδνοις poetice dictum esse puto et verterim: iugalibus vinculis deae (sc.) coniungere.

v. 113. Substantivo *λέπαδνον* Euripides nullo alio loco utitur. Quid *λέπαδνον* esset, Münscher exposuit in 55 volumine Hermae (1920 p. 50, n. 1): Aeschylus vocabulum habet in Persis 191 *λέπαδν᾽ ἐπ᾽ αὐχένων τίθησι,* et in Agamemnone 218 *ἐπεὶ δ᾽ἀνάγκας ἔδυ λέπαδνον.* In Homeri Iliade est: *Τ* 393 *ἀμφὶ δὲ καλὰ λέπαδν᾽ ἕσαν*; *Ε* 730 *ἐν δὲ λέπαδνα κάλ᾽ ἔβαλε χρύσει᾽*, et scholia illud substantivum explicant: *τὰ περιτραχήλια τῶν ἵππων κύκλα* et in *Α πλατεῖς ἱμάντες οἷς ἀναδεσμοῦνται οἱ τράχηλοι τῶν ἵππων πρὸς τὸν ζυγόν.* Hesychius explicat *λέπαδνον* lorum latum, quo equi collum ad iugum religatur, et Pollux I, 147 dicit: *τὰ δὲ ἀπὸ μὲν τῶν ῥυμῶν ἀπηρτημένα ὑπὸ δὲ τοὺς αὐχένας τῶν ἵππων ἑλιττόμενα λέπαδνα, ὧν τὰ ἄκρα λεπαδνιστῆρες.* —

Versus 107—112 sunt anapaesti, quos sequitur paroemiacus (v. 113). —

Versus 114—123, qui in codice omnes choro dati sunt, G. Hermann praeconi tribuit. Qui solemniter populum alloquitur: *Ὠκεανοῦ πεδίων οἰκήτορες.* Deinde populum tacere et paulum secedere iubet verbis: *εὐφαμεῖτ᾽ ὦ ἐκτόπιοί τε δόμων ἀπαείρετε, ὦ ἴτε λαοί.*

v. 116. *Ἐκτόπιος* idem atque *ἔκτοπος* est aut amotus aut remotus, quae significatio in hoc versu apta esse mihi videtur. *Ἐκτόπιοί τε δόμων ἀπαείρετε* est: recedite ab aedibus, ut remoti sitis. Cf. Eur. Bacch. 69 *ἔκτοπος ἔστω* — recede —. Utraque significatio invenitur apud Sophoclem: O. T. 1340 *ἀπάγετ᾽ ἐκτόπιόν με* (*ἐκτόπιος* = amotus); ibid 166 *ἠνύσατ᾽ ἐκτοπίαν* (amotam) *φλόγα πήματος*; O. C. 233 *τῶν δ᾽ ἑδράνων πάλιν ἔκτοπος ἔκθορε.* Denique adiectivum *ἔκτοπος* significat „alium": cf. Soph. Tr. 1132 *αὐτὴ πρὸς αὑτῆς, οὐδενὸς πρὸς ἐκτόπου* (sc. *τέθνηκεν*).

v. 118 sqq. Cum codex tradat *δ᾽ ὁσίαν βασιλήιον,* Blass[56] cum Godofredo Hermann interpretatur: „indico reverentiam regis." Sed Wilamowitz[57] dicit: *ὁσίαν βασιλήιον* non coniungendum esse sed *βασιλήιον αὐδάν* separari non posse. Verba *κηρύσσω δ᾽ ὁσίαν βασιλήιον* intellegi non possunt, quia *ὁσία* substantivum non est; neque exemplum Herculis Euripidei 927: *φθέγμα δ᾽ ὅσιον εἴχομεν* nos adiuvat. Sine dubio verba *αὐτῷ δ᾽ αὐδάν* faciunt initium alterius enuntiati, cuius verbum nobis investigandum est. Wilamowitz corrigere conatus scribit *βασιλήιον ἄξων αὐδάν.* G. Hermann proposuit *αἰτῶ δ᾽ αἶσαν* et Duentzer *αἰτῶ δ᾽ αὔξαν*, quae coniectura prae-

[56] De Phaeth. Eurip. fragm. Clarom. Kiel 1885, p. 8.
[57] Hermes XVIII (1883) p. 404, n. 1.

cipue mihi placet. Wecklein[58] quidem Blassium *αὐτῷ δ' αὐδάν* recte explicavisse putat. Sed *εὐτεκνίαν* a verbo *κηρύσσω* pendere non posse mihi videtur. Haud scio an pro *αἰτῶ* legendum sit *αὐδῶ*. Cf. Eur. Ion 982 *αὐδᾶν κραυγήν* — clamorem mittere —, Germanice gebieten, heißen. Fortasse *αὐδῶ δ' αὐδάν* est dittographia, quam ob rem scribere possumus aut *αἰτῶ* aut *αὐδῶ δ' αὔξαν*. *Αὔξαν* vertere possumus nominibus „Gedeihen", „Wachstum": cf. Plat. Theaet. 173 A *τὴν . . . αὔξαν . . . ἡ ἐκ νέων δουλεία ἀφήρηται*; Crat. 414 A; Pol. VI, 509 B *τὴν γένεσιν καὶ αὔξην καὶ τροφήν*; Aristot. H. A.: H, 2, 582^b 21 *μὴ σώζεσθαι εἰς αὔξην*; et *εὐτεκνίαν* „gute Kinder". Apud Goetheum[59] legimus „Frucht und Segen". —

Verborum *κηρύσσω δ' ὁσίαν βασιλήιον* corruptum est illud *δ' ὁσίαν*. Praeco enim nuntiat sacrum nuptiale, quod est *γαμηλίαν θυσίαν*. Qua de causa Weil scribere proposuit *κηρύσσω θυσίαν* adiectivo *γαμηλίαν* omisso. Quae coniectura verisimillima esse mihi videtur et verba tradita hoc modo paucis coniecturis factis tenenda sunt. —

Iterum praeco silentium iubet et oratio Meropis sequi debebat. —

Quod ad rem metricam attinet, versus 114—121 sunt acatalectici hexametri, qui diaeresi post quartum metrum dividuntur[60]. Praeterea caesuram penthemimeren habemus in versibus 114, 116, 118, 120. Sine dubio illi quattuor hexametri recitati sunt[61]. In fine praeco utitur trimetris iambicis (v. 122—123). Caesura est in versu 123 post syllabam ancipitem secundi metri. —

Cum tota fere media pars huius fabulae Euripideae perdita sit, pauca tantum suspicari possumus. Imprimis Goethe[62] ad fragmenta animum advertit et mea sententia hanc partem bene restituit. Modo initium orationis Meropis codex Claromontanus offert: *εἰ γὰρ εὖ λέγω,* quibus verbis Merops rex populum i. e. chorum alloquitur: „Agite, si bene loquor, libenter verbis meis aures praebebitis." Multae gravesque curae patris occupant animum. —

v. 131 sqq. Magnopere dolendum est, quod versus sequentes in codice tam male servati sunt. Nam paucae litterae minime ad intellegendam actionem satisfaciunt. Fortasse Merops dixerit:

---

[58] Cf. Tragoedien des Euripides, Sitzb. d. k. b. Academie d. Wissensch. zu München, philos.-hist. Kl. (1888) I, p. 122.

[59] Goethes Werke, Weimar 1903, 41, 2, p. 38.

[60] Cf. Wilamowitz, Phaethon, Berliner Klassikertexte V, 2 (1907) p. 81. Cf. Hermes XVIII (1883) p. 404, n. 1.

[61] Cf. K. Münscher, Hermes LXII (1927) p. 168, n. 1.

[62] Cf. Goethes Werke, Weimar 1903, 41, 2, p. 39 sqq.

Jam dudum te in matrimonium dare in animo habeo, et causas tibi exponam, quia — id quod concluditur ex verbis *ἐν σοὶ ν* . . . . . (v. 133) — in te (sc. Phaethonte) omnis spes mihi est[63].

v. 134—136. Cum codex tantum initia versuum habeat, bene accidit, quod in Stobaei florilegio (43, 3) integri servati sunt. Sine lemmate habent hanc eclogam S, M, A, quae in S, M cum versibus antecedentibus cohaeret — num etiam in A incertum est. Sed cum illi versus „post versus ex Phaethonte laudatos" (v. 179—181) sequantur, hi, etiamsi Stobaeus sine auctore tradit, sine dubio ad hanc fabulam Euripideam referendi sunt; atque Fr. Blass[64] Arsenium tamen (p. 450, 15) eos Euripidi assignare animadvertit. Qui horum versuum initia in folio 162 (col. IV) codicis agnosci posse putat. Quibus Merops Phaethonti filio navem una ancora non tam bene servari dicit, quam si tres sint, et alterum praefectum civitati necessarium esse. Prudens igitur pater filium regni socium facere in animo habet. Ita Hartung[65] iure: „Beweis dafür", inquit, „ist unter anderem auch das, daß der Chor immer von Herrschern im Plural spricht und den Phaethon durchaus auf gleiche Stufe mit dem Merops stellt", quae sententia, quamquam forma pluralis totam domum regiam indicare potest, probanda videtur. Meropi enim persuasum est regni societatem sibi seni et imprimis civitati magno usui fore. —

Praeter *ἄγκυραν ἀφιέναι* — ancoram demittere — etiam invenitur *ἄγκυραν βάλλειν* Pind. I. 6, 13; *ἄγκυραν μεθιέναι* (corr. *καθιέναι*) Aesch. Choeph. 661; *ἄγκυραν καθιέναι* Her. VII, 36, 2. Elimar Schwartz[66] exempla collegit, ubi Euripides substantivo *ἄγκυρα* translata significatione usus est. Quorum affero Hec. 80: *ὦ χθόνιοι θεοί, σώσατε παῖδ' ἐμόν, ὅς μόνος οἴκων ἄγκυρ' ἔτ' ἐμῶν.*

v. 135. Illud vocabulum *προστάτης* significat praefectum. Saepe tragici poetae hoc substantivo usi sunt: *προστάτης* est defensor: Aesch. Sept. 408 *τῶν δ' ἀντιτάξω προστάτην πυλωμάτων*; ibid. 798 *πύλας φερεγγύοις ἐφραξάμεσθα μονομάχοισι προστάταις*; praeses: Aesch. Sept. 1026 *ἐγὼ δὲ Καδμείων γε προστάταις λέγω*; Eur. Heracl. 964 *τοῖς τῆσδε χώρας προστάταισιν οὐ δοκεῖ*; Iph. A. 449 figurate: *προστάτην δὲ τοῦ βίου τὸν ὄγκον ἔχομεν*; — praesidium: Soph. O. R. 303 *ἧς (νόσου) σὲ προστάτην σωτῆρά τ', ὦναξ, μοῦνον ἐξευρίσκομεν*; — patronus: Soph. O. R. 411 *ὥστ' οὐ Κρέοντος προστά-*

---

[63] Arnim, Suppl. Euripid. Bonn 1913, p. 72 n.

[64] Cf. De Phaeth. Eurip. fragm. Clarom. Kiel 1885, p. 8, v. 4—6.

[65] Rh. Mus. V (1837) p. 576, n. *

[66] De metaphoris e mari et re navali petitis quaestiones Euripideae. Kiel 1878, p. 26 sq.

τον γεγράψομαι; — supplex: Soph. O. C. 1171 *ὅς ἐσθ' ὁ προστάτης;* ibid. 1278 *τοῦ θεοῦ γε προστάτην.* —

Ἁπλοῦς in hoc versu est „unus", quae significatio apud tragicos raro nobis occurrit: cf. Soph. O. R. 606 *μή μ' ἁπλῇ κτάνῃς ψήφῳ, διπλῇ δέ;* fortasse Aesch. fr. 239 (N.²): *ἁπλῆ γὰρ οἶμος εἰς Ἅιδου φέρει.*

v. 136. Verbo *ὕπειμι* i. e. *ὑπάρχω* Aeschylus usus non est, cum apud Sophoclem semel (El. 479 *ὕπεστί μοι θάρσος*), apud Euripidem saepius (Suppl. 443 *ὑποῦσιν ἀστοῖς ἥδεται νεανίαις*; El. 1036 *ὑπόντος τοῦδ'*) inveniatur.

Coniecturas eorum, qui *ἀφεῖσαν* pro *ἀφέντι* (v. 135) et *σφαλερόν* pro *σφαλερός* scribere voluerant, non dignas puto, de quibus pluribus disputem. Fortasse *σφαλερόν* ea de causa scribendum alicui videatur, quia *κακόν* sequitur. — Barnesium traditum *πόλει* non tenere sed *πέλει* scribere equidem non laudo. Causam huic coniecturae necessariam non esse opinor. —

Versus 134—136 nobis in memoriam reducunt carmen Horatii (I, 14): „O navis, referent in mare te novi fluctus". Similia exempla habemus in Euripidis Hecuba v. 80: *ὃς μόνος οἴκων ἄγκυρ' ἔτ' ἐμῶν* et in Oreste v. 704 sqq.:

ἐλθὼν δὲ Τυνδάρεών τέ σοι πειράσομαι
πόλιν τε πεῖσαι τῷ λίαν χρῆσθαι καλῶς.
καὶ ναῦς γὰρ ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδὶ
ἔβαψεν, ἔστη δ' αὖθις, ἢν χαλᾷ πόδα.
μισεῖ γὰρ ὁ θεὸς τὰς ἄγαν προθυμίας
μισοῦσιν δ' ἀστοί.

Alios similes locos apud Graecos usitatos, qui rem publicam navis imagine illustrant, explicavit E. Schwartz [67]. Affero ex Euripidis Supplicibus v. 879 sq.: *ἐπεί τοι κοὐδὲν αἰτία πόλις κακῶς κλύουσα διὰ κ υ β ε ρ ν ή τ η ν κακόν.* Similis comparatio est in eadem fabula v. 508 sq.: *σφαλερὸν ἡγεμὼν νεώς τε ναύτης ἥσυχος καιρῷ σοφός.* —

v. 137—171. Fr. Blass dicit [68]: „Cum neque personae nota neque paragraphus tota pagina exstet, perspicitur orationem Meropis per omnes hos versus continuatam fuisse." Modo initia versuum (137—166) servata sunt. Arnim et Radermacher versus 137—142 supplere studuerunt [69]. Sensus fortasse, sed verba minime restitui posse mihi videntur. An rex de progenie dixerit, ut illi viri docti de versibus 137 sqq. suspicati sunt, certo diiudicari non potest. —

---

[67] Ibidem p. 50 sq.
[68] De Phaeth. Eurip. fragm. Clarom. Kiel 1885, p. 8.
[69] Supplementum Eurip. Bonn 1913, p. 72.

Phaethon quid consilio patris de matrimonio patefacto facere velit, ex versibus dialogi 63 sqq. ὅταν . . . λόγοι scimus. Sine dubio ab Euripide hoc loco altercatio, quae Graece ἀγὼν λόγων dicitur, inserta est. Cuius exitum ex versibus supra commemoratis cognoscere possumus. Phaethon an nuptias ipsas omnino recusare in animo habeat, nescimus: Deam certe uxorem habere non patitur. Sed etiam fieri potuit, ut Phaethon se Solis filium esse expertus Meropis consilium probaret, id quod incertum manet. Arnim ex Eustathii commentariis in Odysseam (p. 1731, 54) versus 172—173 affert[70], quae verba Phaethon optime Meropi dicere potuit. Itaque Wilamowitz hoc fragmentum in sermone Meropis Phaethontisque posuit, et falso Goethe, Rau, Blass, alii dialogo, qui fuit inter Clymenen et Phaethontem, tribuere voluerunt. —

v. 172—173. Phaethon enim Meropi obicit virum liberum magna uxoris dote quasi servum matrimonii fieri, quibus ex verbis Meropem filio de sponsae divitiis narravisse apparet. Sed Phaethonti res suas tali matrimonio minime in melius mutari persuasum est. —

Substantivo φερνή — dos — Aeschylus semel (Suppl. 979 ὡς ἐφ' ἑκάστῃ διεκλήρωσεν Δαναὸς θεραποντίδα φερνήν i. e. servas pro dote datas) usus est, cum Sophocles vocabulum non habeat. Saepissime apud Euripidem est: Hipp. 629 προσθεὶς . . . φερνάς; Phoen. 1587 γάμων φερνὰς διδοὺς Αἵμονι; Ion 298 φερνάς γε — i. e. manubias — πολέμου καὶ δορὸς λαβὼν γέρας. Quibus ex versibus plerumque pluralem formam adhiberi apparet.

Pater ob haec verba (vs. 172—173) quantopere filio irascatur, bene intellegere possumus. Aptum enim est huic altercationi etiam id fragmentum, quod apud Stobaeum (Flor. 93, 2) traditum est[71]. Complectitur versus 174—177. Ille noster Goethe et Welcker versus Phaethontem loquentem faciunt, cum Rau Meropi tribuat. Sed Blass[72]: „Num Sol", inquit, „ita dixisse narratus est, postquam currum paternum Phaethon postulavit?" Contra hanc sententiam dicit Wecklein ac versus nuntio interitum Phaethontis narranti tribuit[73]: „Aber der Ausruf des Helios müßte berichtet sein und für einen Bericht passen die Fragen τί ποτε κτἑ, ἆρ' ὄλβος κτἑ wenig." Wilamowitz ipse quoque verba Phaethontis esse putat[74]: „Reichtum ist nun einmal mit Torheit verbunden, denn

---

[70] Supplementum Eurip. Bonn 1913, p. 79, fr. 1.

[71] Ibidem p. 79, fr. 2.

[72] De Phaeth. Eurip. fragm. Clarom. Kiel 1885, p. 16.

[73] Tragoedien des Euripides, Sitzb. d. k. b. Academie der Wissensch. philos.-hist. Kl. München (1888) I, p. 120.

[74] Hermes XVIII (1883) p. 400.

er ist selber blind." Blass quidem iudicat[75]: „Exclamantis sunt haec, non disserentis." Phaethon exclamat: *δεινόν γε,* et pergit: „Divitibus autem hoc innatum est, ut stolidi sint", quae verba, cum particula *δέ* sequatur, ab illo *δεινόν γε* non pendent. —

v. 174. Meineke scribit *δ' ἔμφυτον τόδε* aut *δ' ἐστὶν ἔμφυτον,* quod non necessarium esse mihi videtur. — Idem sensus in aliis duobus Euripidis fragmentis est: Alcm. fr. 92 (N.²) *σκαιόν τι χρῆμα πλοῦτος ἥ τ' ἀπειρία;* fr. 1069 inc. fab. (N.²) *σκαιὸν τὸ πλουτεῖν κἄλλο μηδὲν εἰδέναι.*

v. 175. Apud Stobaeum traditur *τί ποτε τοῦτο τ' αἴτιον.* Illud *τ* pro articulo cum *αἴτιον* per crasin coniuncto habendum videtur. Arsenius autem legit *τοῦδε ταἴτιον,* quod etiam Blass probavit. Pronomen *τοῦτο* fortasse mendum librarii est, quia in antecedenti versu *τοῦτο* legit. Illud *αἴτιον* genetivum secum habere solet. Neque habeo, quod cum Nauckio coniciam *τοῦ δέ γ' αἴτιον;* neque enim articulus *τό* offendit: cf. Plat. (?) Ion 532 B: *τί οὖν ποτε τὸ αἴτιον.* Wecklein dicit[76]: „Es hat ursprünglich weder *τοῦ δέ γ' αἴτιον* noch *τοῦδ' ἔστ' αἴτιον,* sondern *τοῦδ' ἐπαίτιον* geheißen." Sed vocabulum *ἐπαίτιον* apud Euripidem semel occurrit: cf. Hipp. 1383 *τί ποτε τὸν οὐδὲν ὄντ' ἐπαίτιον κακῶν.* Cum Aeschylus hoc adiectivo usus sit (cf. Eum. 467), Sophocles id non adhibuit. Sed Arsenii lectio etiam hanc opinionem refutat.

v. 176—177. Qui versus respondent superioribus *δεινόν γε τοῖς πλουτοῦσι . . .* Ad vocabulum *ὄλβος* Nestle recte adnotat[77]: „*Ὄλβος* Glück bedeutet hier vorzugsweise Reichtum wie bei Xen. Kyrop. I, 5, 9: *νομίζοντες καὶ οὗτοι τὰ πολεμικὰ ἀγαθοὶ γενόμενοι πολὺν μὲν ὄλβον, πολλὴν δὲ εὐδαιμονίαν, μεγάλας δὲ τιμὰς καὶ ἑαυτοῖς καὶ πόλει περιάψειν;* ibid. IV, 2, 44: *τὸ μὲν γὰρ νῦν πλεονεκτῆσαι ὀλιγοχρόνιον ἂν ἡμῖν τὸν πλοῦτον παράσχοι· τὸ δὲ ταῦτα προεμένους ἐκεῖνα κτήσασθαι, ὅθεν ὁ πλοῦτος φύεται, τοῦτο, ὡς ἐγὼ δοκῶ, ἀεναώτερον ἡμῖν δύναιτ' ἂν τὸν ὄλβον καὶ πᾶσι τοῖς ἡμετέροις παρέχειν.* ib. 46: *ὄλβον δὲ ὅλον πειρώμενοι θηρᾶν.*" Idem significat vocabulum *ὄλβος* in versu 269. In Stobaei codicibus pro *συνηρετεῖ* traditur *συνηρεφεῖ.* Verbum *συνηρεφέω* — opaco — apud tragicum poetam non inveni. Euripides quidem adiectivum *συνηρεφές* semel adhibuit: cf. Orest. 957 *ὡς ξυνηρεφὲς πρόσωπον εἰς γῆν σὸν βαλοῦσα,* quo loco significat fere „detectum". Blass, qui *συνηρεφεῖ* defendit, verbum *συνηρεφεῖν τινι* dictum esse ut *ἐπισκοτεῖν τινι* putat. Verbum *ἐπισκοτεῖν* vera significatione est „obscurare" et translata „nocere", „officere". Quae

---

[75] De Phaeth. Eurip. fragm. Clarom. Kiel 1885, p. 16.

[76] Rh. Mus. XXXVI (1881) p. 143.

[77] Euripides, der Dichter der griechischen Aufklärung, Stuttgart 1901, p. 538, n. 28.

significatio nobis occurrit in oratione soluta: cf. [Isocr.] ad Dem. § 6 *ταῖς δὲ τῆς ψυχῆς ἐπιμελείαις ἐπεσκότησεν*; Isocr. de pace § 10 *ἐπισκοτεῖ τῷ καθορᾶν ὑμᾶς τὸ βέλτιστον*; — Demosth. XI, 13 *ἐπισκοτεῖ πᾶσι τοῖς τοιούτοις*; XXI, 158 *ὥστε πᾶσιν ἐπισκοτεῖ τοῖς ἐν τῷ τόπῳ*. Sententia horum versuum est fere haec: Quia opes, quae ipsae caecae sunt, divitibus officiunt, hi caecam mentem habent.

Lectum est in versu 177 *καὶ τῆς τύχης*. Halm, qui huius versus exitum non intellegit, conicit *καὶ δυστυχεῖς* scribendum esse, ut *καὶ* coniunctio copulativa sit. — Hartung ad hunc locum adnotat[78]: „*Ὅτι ὄλβος τυφλὸς αὐτοῖς συνηρεφεῖ (τὰς φρένας) τυφλὰς ἔχουσι τὰς φρένας καὶ τῆς τύχης*": „Dieser letzte Genitiv ist gleichfalls von *φρένας* abhängig: sie haben den Verstand ihres Glücks, d. h. einen blinden Verstand." Goethe vertit[79]: „Vielleicht daß Reichtum, weil er selber blind, der Reichen Sinn verblendet wie des Glücks." Ut *τῆς τύχης* teneatur, fortasse conici potest *τυφλὰς ἐχούσης* (pro *ἔχουσι*) *τὰς φρένας καὶ τῆς τύχης*, quamquam verba *ἔχουσι τὰς φρένας* optime intellegi posse concedo. Lectio quidem in huius versus fine incerta est. —

Versus 174—177 nisi Phaethontis, qui magno animo praeditus[80] vehementer Meropem patrem accusat, non sunt. Idem sentit Welcker[81]: „So würde der lebenslustige, geistvolle junge Athener reden, den sein Vater mit einer reichen Erbin gegen seine Neigung verbinden wollte" et Wilamowitz dicit[82]: „So redet, wer eine reiche Verbindung ausschlägt, eben weil es eine reiche ist, die über seine Verhältnisse hinausgeht." —

Quibus audacibus verbis pater magis magisque excitatus filio tandem domo interdixisse videtur; itaque Phaethon exclamat: *ὡς πανταχοῦ γε πατρὶς ἡ βόσκουσα γῆ* (v. 178), quod fragmentum tradit Stobaeus (Flor. 40, 2): „Quaecumque alit terra, eadem patria est." Multa exempla eiusdem sensus sunt: cf. N.² fr. 1047, 2 inc. fab.: *ἅπασα δὲ χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς*; Aristoph. *Πλοῦτος* 1151: *πατρὶς γάρ ἐστι πᾶσ' ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ*, quae verba me admonent tragici Romani (Cic. Tusc. V, 108): patria est, ubicumque est bene.

Ovidius in primo Fastorum libro (v. 493) „omne solum", inquit, „forti patria est." —

In Stobaei denique Florilegio (43, 2) aliud fragmentum fabulae Euripideae servatum est[83], quod complectitur versus 179—181.

---

[78] Rh. Mus. V (1837) p. 589, v. 81.

[79] Goethes Werke, Weimar 1903, 41, 2, p. 40.

[80] Cf. W. Schadewaldt, Monolog u. Selbstgespräch (Neue philol. Unters. v. W. Jaeger, Berlin 1926, II) p. 139, n. 1.

[81] Rh. Mus. II, Suppl. 2 (1839) p. 607.

[82] Hermes XVIII (1883) p. 400.

[83] Cf. Arnim, Suppl. Euripid. Bonn 1913, p. 79, fr. 6.

Quos versus Meropem dixisse mihi certum est. Ille scilicet se in stultis numerare eum hominem affirmat, qui pater filiis imprudentibus obsequatur aut civibus potentiam committat. Minus apte haec verba Soli tribuit Goethe, quem Welcker, Blass secuti sunt. Wecklein id fragmentum exeunti narrationi tribuendum esse putat, cum Wilamowitz haec verba a Merope iam vehementer commoto dicta esse sentiat.

v. 179. Illud *βροτῶν* fortasse hos versus Solis non esse indicat. Neque hoc praeceptum, quod est de educatione, mea sententia ad Solem sed ad mortalem hominem pertinet. Goethe quod ad hoc fragmentum adnotat[84]: „Wir vermuten, daß der Widerstreit zwischen Ein- und Mehrherrschaft umständlich sei verhandelt worden" rectumne sit, equidem diiudicare non possum. — Sol num omnino in scaenam prodierit, nobis etiam inquirendum erit. —

v. 180. Libri Stobaei habent *ὅστις τῶν πατέρων,* quod ad metrum minime aptum est. Itaque Grotius emendare sibi visus est, cum *ὅστις πατὴρ ὢν* scriberet, quae emendatio mihi non displicet; nam rex est etiam pater civium. Minus aptam esse puto lectionem *ὅστις παρείκων,* quam F. G. Schmidt commendavit aut Buschii (Rh. Mus. LV [1900] p. 307) illud *ὅστις κρατύνων*, quia princeps in versu 181 demum dicitur; nullo vero modo probandum, quod Hense *πατὴρ ὡς* scripsit simul in initio sequentis versus *ἢ καὶ* mutans in *εἰκῇ*. Illud pronomen *ὅστις* est pro *εἴ τις*: cf. Med. 220 *βροτῶν, ὅστις . . . . . στυγεῖ*; Ion 856 *τῶν ἐλευθέρων οὐδὲν κακίων δοῦλος, ὅστις ἐσθλὸς ᾖ*. —

Haec sunt fragmenta, quae sermoni Meropis et Phaethontis certo tribuenda sunt. Cum reliquiae versuum 137—166 utilitatem non habeant, ingens fit lacuna. Quomodo actionem porro progressam esse putamus? Recte Blass monet[85]: „(Itaque) non est putandum, post Meropis orationem altercationem aliquam inter illum filiumque diu protractam fuisse." Cum Merops dixerit se eum hominem stultum putare, qui filiis imprudentibus obsequatur, nuptias filio resistente parari concludere possumus. Quibus expositis Phaethon statim ad Solem abiit, ut a patre, priusquam in caelum tollatur, postularet id, quod ille Clymenae olim se filio daturum esse pollicitus sit. Adiciendum est, quod Wilamowitz de diei tempore dicit[86]: „Außerdem ist in Betreff der Tageszeit die Bemerkung auch nach Goethe nötig, daß Phaethon so früh auf die Sonnenburg gelangen muß, daß er Helios noch zu

[84] Goethes Werke, Weimar 1903, 41, 2, p. 41.
[85] De Phaeth. Eurip. fragm. Clarom. Kiel 1885, p. 9.
[86] Hermes XVIII (1883) p. 402.

Hause trifft, folglich die Sonne vor dem Ende des ersten Epeisodion nicht aufgehen kann.“ Prima igitur pars fabulae acta est ante Solis et post Aurorae ortum.

Phaethonte profecto canticum chori sequi necesse fuit, quod iam Goethe recte suspicatus est. Huius quale fuerit argumentum, nescimus. Suspicari sane possumus, ancillas magno gaudio affectas esse, quod iam nuptiae conficiantur. Fortasse praedicant totam Meropis familiam et imprimis Phaethontem, qui tam divitem deam in matrimonium ducat, quin haud scio an sponsam ipsam etiam celebraverint. Cuius nomen ex sermone inter Meropem et Phaethontem certe iam notum erat.

Post hoc stasimum Clymenen de timore suo dixisse puto; de Phaethonte enim magnopere sollicita est. Vix angorem ancillis aperuit, cum tonitrus e caelo sereno auditur, quo Clymene et ancillae perturbantur [87]. Quae omnia quam celerrime post chori carmen facta sunt; neque enim via Phaethontis ad Solis aedes longa erat. Goethe dicit [88]: „Der Weg ist nicht weit, er darf nur die steilen Felsen hinabsteigen, an welchen die Sonnenpferde täglich heraufstürmen, ganz nah da unten ist ihre Ruhestätte.“ Re vera Phaethon ante Solis ortum advenire debebat, si patris currum regere volebat. Nec vero rectam esse puto Goethei sententiam [89]: „Wir finden kein Hindernis, uns unmittelbar vor den Marstall des Phöbus zu versetzen“; nam mutatio scaenae, quae apud tragicos poetas Graecorum rarissima [90] fuit, hoc loco incredibilis esse mihi videtur. Immo Euripides nuntium induxit, qui, quaecumque apud Solem gesta sunt, narrat. Quam narrationem copiosam fuisse verisimile est, quia Euripides perspicuitatem potissimum expetere solebat. Scholiastes quidem quidam (Aesch. Eum. 47) Euripidem singulares nuntios *τῶν ὑπὸ τὴν σκηνήν* creavisse dicit. —

Sed antequam, quis fuerit nuntius, inquirimus, opus esse mihi videtur fragmentum narrationis servatum subtiliter investigari. Quod traditum est in libro, qui *περὶ ὕψους* (c. 15, 4) inscribitur [91].

v. 182—184. Sol tradit Phaethonti frena et suadet, ne in aerem Libycum vehatur, qui nihil humidi admixtum habens eum deiecturus sit.

v. 183. Codex Parisinus habet *ἀψίδας ἤ,* quae verba Faber in *ἀψῖδα σήν* correxit.

Illud vocabulum *ἀψίς* significat curvaturam rotae, quae est

---

[87] Cf. Wilamowitz, Hermes XVIII (1883) p. 408.

[88] Goethes Werke, Weimar 1903, 41, 2, p. 40.

[89] Ibidem p. 40.

[90] Cf. Christ-Schmid, Griech. Literaturgesch. München 1912⁶, p. 268, n. 5 (Iw. Müller, Handbuch d. kl. Altertumswissensch. VII, 1).

[91] Cf. Arnim, Suppl. Euripid. Bonn 1913, p. 73.

ligneus rotae circulus. Hoc loco ἀψίς substantivum dictum est pro rotis currus Solis. Similia exempla in Euripidis fabulis inveniuntur: cf. Hipp. 1233 ἁψῖδα πέτρῳ προσβαλὼν ὀχήματος; Ion 88 ἁψῖδα βροτοῖσι δέχονται. — Alteram Fabri coniecturam in versu 184 διήσει pro διοίσει scribentis idoneam esse puto. —

v. 186. In eodem libro traditur hic versus, quo Phaethon monetur, ut versus septem Pleiadas cursum derigat.

v. 187. Lacunam parvam post versum 186 esse putat O. Jahn. Potestne Sol indicavisse reliquam viam, quae Phaethonti conficienda erat? Scholiastes quidem Arati adnotat ad versum 172 (Phaen.) (N.² fr. 780): „φέρονται αἱ Ὑάδες ἐν τῷ μετώπῳ τοῦ Ταύρου. Θαλῆς μὲν οὖν β' αὐτὰς εἶπεν εἶναι — Εὐριπίδης δὲ ἐν τῷ Φαέθοντι γ' — Ἀχαιὸς δὲ δ', Μουσαῖος δὲ ε', Ἱππίας δὲ καὶ Φερεκύδης ζ'. Hyades et Pleiades sunt filiae Atlantis, qua de causa etiam Atlantides nominantur. Quarum mater Pleione (cf. Hyg. f. 192; 284; astr. 2, 21) vel Aethra est (cf. Ov. Fast. 5, 171). Sed Homeri scholiastes (Πρόκλος Σ 486) dicit [92]: „Ἄτλαντος τοῦ Ἰαπετοῦ καὶ Αἴθρας τῆς Ὠκεανοῦ, ἣν καὶ Πλειώνην ὡς ἀπὸ πλήθους παίδων φησὶν ὁ ποιητής". ex quibus verbis duo nomina eiusdem esse apparet. Euripides Hyades nominat tres filias Erecthei (cf. N.² fr. 360 et schol. Arat. 172: Εὐριπίδης μὲν οὖν ἐν Ἐρεχθεῖ τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας ὑάδας φησὶ γενέσθαι τρεῖς οὔσας). —

Fortasse Euripides una cum Pleiadibus Hyades commemoravit; cf. Hom. Σ 486: Πληϊάδας θ' Ὑάδας, quia eiusdem signi sunt. Cf. Eur. Ion 1156.

Phaethontem a Sole institutum deinceps avectum esse versus 188—190 indicant. Fortiter Phaethon frena arripit et equos stimulans avolat.

v. 188. Τίς ἔμαρψεν habet codex Parisinus, quae verba Grotius apte mutavit in παῖς ἔμαρψεν. Vocabulum μάρπτω eadem significatione est in Hippolyto 1188: μάρπτει δὲ χερσὶν ἡνίας.

v. 189. Substantivum πλευρόν nobis rarius offertur quam forma feminina πλευρά; Euripides vero vocabulo πλευρόν saepius uti solet quam πλευρά. Cf. Orest. 223; Andro. 1150 etc.

Πτεροφόρα ὀχήματα hoc loco non sunt aligeri currus sed aligeri equi, ad quos sine dubio pronomen relativum αἳ (v. 190) referendum est. Ex Euripidis Ione simile fere exemplum affero 1150 sq.: Νὺξ ἀσείρωτον ζυγοῖς ὄχημ' ἔπαλλεν, ad quem versum Wilamowitz adnotat [93]: „Daß der Lenker die Pferde in solche Bewegung bringt . . ." —

[92] Cf. Weizsäcker, Roscher, „Lexikon der griech. u. röm. Mythologie" I (1884—1890) 2753.
[93] Euripides' Ion, Berlin 1926, p. 142.

v. 190. Recte mea sententia Nauck accentum vocabuli *πτυχας* in ultima syllaba posuit. Cf. Eur. Hel. 605 *πρὸς αἰθέρος πτυχάς,* quo loco L, P codices *πτύχας* habent. Cf. schol. Phoen. 84 [94] *ναίων πτυχάς: ἐὰν ἀπὸ τοῦ πτύξ, πτύχας, ἐὰν δὲ ἀπὸ τοῦ πτυχή, πτυχάς.*

Illi versus 191—193, qui ipsi quoque ex libro *περὶ ὕψους* (c. 15, 4) sunt, nobis dicunt Solem Phaethontis comitem fuisse, ut filium moneret. Wilamowitz vere dicit [95]: „Helios hat den Sohn nicht einfach abfahren lassen, sondern ist auf dem Leinpferd mitgeritten." Similiter auctor libelli cogitat, qui his versibus addit: *ἆρ' οὐκ ἂν εἴποις, ὅτι ἡ ψυχὴ τοῦ γράφοντος συνεπιβαίνει τοῦ ἅρματος καὶ συγκινδυνεύουσα τοῖς ἵπποις συνεπτέρωται.*

Hoc modo perturbatio, quae casu Phaethontis fit, ab hominibus non animadversa est; nam Sol ipse statim currum porro regere potuit.

v. 191. *Ὄπισθε νῶτα* correctura Manutii est, cum codex *P* tradat *ὄπισθεν ὦτα,* quae verba sensu carent.

Falsum esse codicis illud *σειρίου* iam Rutgers cognovit et emendavit; scripsit enim *σειραίου.* Cf. Soph. El. 722 *σειραῖον ἵππον,* quam vocem scholiastes explicat [96]: *τὸν ἔξω τοῦ ζυγοῦ.* Quadrigas Solis habere duos equos funales et duos equos, qui sub iugo sint, constat.

v. 192—193. Portus restituit verba *ἔλα τῇδε στρέφ'* ex codicis verbis *ἐλατῆρα ἔστρεφ'.* Hartung [97], qui veram codicum optimorum (sive optimi) lectionem nondum novisse videtur (cf. J. Vahleni editionem *Περὶ ὕψους,* Lpzg. 1905) multa verba de hoc loco fecit et scripsit *ἔλα στρέφ'.* Similis est versus Soph. O. C. 1547: *τῇδ', ὧδε, τῇδε βᾶτε.* —

Qualis erat eventus cursus Phaethontis? Aurigam imperitum fulmine Iovis statim deiectum esse inde intellegi potest, quod Meropem et alterum chorum nihildum de casu scire videbimus. Nullae igitur solis mutationes factae esse videntur. Et quod brevi tempore interiecto corpus Phaethontis in scaena est, prope domum regiam Meropis decidisse necessarium est. Minus vero credibile esse mihi videtur, quod Blass putat „in scaenam ipsam corpus exanime" decidisse. Apud Aeschylum enim (N.² fr. 73) Phaethon in Eridanum decidit. —

Sine dubio per nuntium etiam Phaethontis casus narratus est.

---

[94] Scholia in Euripidem, ed. E. Schwartz, Berlin 1887, I, p. 260.

[95] Hermes XVIII (1883) p. 406.

[96] Scholia in Sophoclis Tragoedias vetera, ed. P. N. Papageorgius, Leipzig 1888, p. 136.

[97] Cf. Rh. Mus. V (1837) p. 589 = Eurip. restit. II, p. 202 n.

Rau[98] tribuit huic narrationi fortasse recte illud fragmentum, quod apud Plutarchum (Mor. 416 E) servatum est. Sunt versus 194—195. Iam Welcker[99] hanc sententiam probavit. Quibus versibus egregie referri videtur de casu Phaethontis, cuius vita simul cum flamma exstincta est. Similes sunt versus Ovidii (met. II, 319 sqq.):

„At Phaethon rutilos flamma populante capillos
Volvitur in praeceps longoque per aera tractu
Fertur, ut interdum de caelo stella sereno,
Etsi non cecidit, potuit cecidisse videri,“

quo loco ille Euripidem imitatus est, cum verus auctor Ovidii Alexandrinus quidam poeta fuerit. Rau (p. 38) alium Ovidii locum met. VIII, 523/4 affert:

— — — „simul est exstinctus uterque
Inque leves abiit paulatim spiritus auras“,

qui versus de Meleagri morte sunt. — Eventum Phaethontis breviter Cicero ostendit (de off. III, 94): „Sol Phaethonti filio facturum se esse dixit quidquid optasset. Optavit, ut in currum patris tolleretur. Sublatus est: atque is, antequam constitit, ictu fulminis deflagravit.“ —

Denique Goethei sententia praetermittenda non est[100]: „Wir denken uns das Phänomen, als wenn mit Donnergepolter ein Meteorstein herabstürzte, in die Erde schlüge und sodann alles gleich wieder vorbei wäre.“ —

v. 194. Vocabulum *σάρξ* pro corpore apud Euripidem saepius invenitur: cf. Herc. F. 1151 *σάρκα τὴν νεᾶνιν*; ibidem 1269 *σαρκὸς περιβόλαια ἡβῶντα.*

v. 195. Verbo *ἀποσβέννυμι* — exstinguo (sc. vitam) — Euripides usus est in fabula „Medea“ 1218: *χρόνῳ δ' ἀπέσβη καὶ μεθῆχ' ὁ δύσμορος ψυχήν.*

v. 196. Duo vocabula *χρυσέα βῶλος* ex Phaethonte Diogenes Laertius (II, 10) tradit. Quae Valckenaer (Diatr. p. 31) in prologo ponere vult ratus pro *χρυσέᾳ βάλλει φλογί* (v. 3) scribendum esse *χρυσέᾳ βώλῳ φλέγει*, quam lectionem ad obiectum *χθόνα* minus aptam esse puto. Matthiae autem Diogenem de Orestis versu 982 cogitavisse putat: *ἁλύσεσιν χρυσέαισι φερομέναν δίναισι βῶλον ἐξ Ὀλύμπου*, qui versus significat (Rau p. 28) saxum, quod capiti Tantali impendet. Rau dicit (p. 28): „Quo saxo an Euripides per allegoriam solem intellexerit, quae fuit quorundam opinio, ut ait scholiastes, alia haec est quaestio.“ —

Goethe his verbis non solem sed Phaethontem flagrantem dici

---

98 Epistola de Eurip. Phaeth., Leyden 1832, p. 38.
99 Rh. Mus. II, Suppl. 2 (1839) p. 609.
100 Goethes Werke, Weimar 1903, 41, 2, p. 44.

putat[101], quae sententia cum Diogenis Laertii verbis (II, 10): *ὅθεν καὶ Εὐριπίδην μαθητὴν ὄντα αὐτοῦ* (sc. Anaxagorae) *χρυσέαν βῶλον εἰπεῖν τὸν ἥλιον ἐν Φαέθοντι* pugnat. Hartung, quod Anaxagoras solem esse massam fervidam sentiebat, in hac Euripidis fabula locum non habere censet[102]. Equidem certo non diiudico, quid rectum sit, sed Wilamowitzium[103] apte haec verba *χρυσέα βῶλος* in chori carmine posuisse puto. Sol enim „quasi aurea glaeba" in caelo invehitur. Quod carmen nuntii narrationem secutum parodo simile est; nam Sol post Phaethontis casum ortus est. —

Quem autem nuntium fuisse putamus? Quem suis oculis omnia, quae in Solis regia et in caelo facta sunt, vidisse necesse erat. Rau quidem, quem Wilamowitz sequitur, „unam ex Heliadibus" omnia narravisse putat, quae opinio satis credibilis est, credibilior certe quam Hartungii, qui ex Phaethontis comitibus unum testem fuisse opinatur aut Weckleinii, qui dicit[104]: „Der Berichterstatter ist wahrscheinlich ein Diener des Helios." Cf. Hom. *μ* 374 sqq., quo loco una ex Heliadibus res quasdam gestas narrat. —

Quibus rebus auditis Clymene et ancillae omnia sciunt; namque illa fortunam filii novit, hae clandestinum Clymenae cum Sole commercium. Itaque ea aperiri eo loco fabulae necessarium erat, quo Clymene interisse quidem filium scit, sed corpus nondum habet. Itaque post *ἀγγελικὴν ῥῆσιν* cum ancillis queritur, quare Plutarchi fragmentum (Mor. 665 C) hoc loco inserui (v. 197—198). Ille dicit de fulmine ictis: „*πολλοὶ γὰρ οὔτε καίουσιν οὔτε κατορύττουσιν, ἀλλ' ἐῶσι περιφράξαντες, ὥσθ' ὁρᾶσθαι τοὺς νεκροὺς ἀσήπτους ἀεί.*" Etiam Wecklein hoc fragmentum (197—198) hic posuit. Quod enim Goethe, quem Blass sequitur, versus ad finem fabulae aptos esse putat, recte vituperat Welcker[105]: „Da aber die Leiche auf die Bühne gebracht war, so stand ihr Vermodern in Schluchten nicht mehr zu befürchten." Rau adnotat[106]: „Ex verbis *ἐν φάραγξι*, quibus utitur Clymene, verisimile fit, ..., ei narratum esse a nuntio, Phaethontis corpus in mare vel in litus praecipitatum esse". Certe illis verbis *ἐν φάραγξι* indicatur, Clymenen, ubi Phaethon sit, nescire. Quo corpus ceciderit, sine dubio apportantes describent accuratius. —

---

[101] K. Bapp, Aus Goethes Griech. Gedankenwelt, Das Erbe der Alten II, 6, Leipzig 1921, p. 85.

[102] Rh. Mus. V (1837) p. 589.

[103] Hermes XVIII (1883) p. 408.

[104] Cf. Tragoedien des Euripides, Sitzb. d. k. b. Academie d. Wissensch. zu München, philos.-hist. Kl. (1888) I, p. 123.

[105] Rh. Mus. II, Suppl. 2 (1839) p. 609.

[106] Epistola de Eurip. Phaethonte, Leyden 1832, p. 44.

Aliud Euripidis fragmentum Plutarchus (Mor. 666 C) fabula non commemorata tradit, quod continet versum 199. Ad hanc fabulam Euripidis versus idoneus esse Wilamowitzio videtur. Idem versus apud Theonem Smyrnaeum (Expos. rerum math. p. 48, 3 rec. E. Hiller, Leipzig 1878) omisso auctoris nomine sic scribitur: *πολλοὺς δὲ βροντῆς τραῦμ' ἄναιμον ὤλεσεν.*

v. 199. Vox *πνεῦμ' ἄναιμον* Plutarchi non tam bene placet, quamquam fulmen „saepe homines ita interimit, ut nullum vestigium vulneris aut sanguinis appareat", et Rau (p. 46) *πνεῦμ' ἄναιμον* probabilius quam *τραῦμ' ἄναιμον* esse putat et haec verba corpore fumante in scaenam illato a choro dicta esse, qui terrorem Clymenae eximere voluisset. Re vera autem corpus Phaethontis cruentum esse ex altero fragmento codicis Claromontani (v. 249) cognoscimus, ubi Clymene corpus abdere et sanguinem abstergere ancillas iubet. Wilamowitz *τραῦμ' ἄναιμον* rectum putat et concludit[107]: „Dann kann er (Vers) aber ebenfalls nur gesprochen sein, ehe die Leiche da war." Blass de hoc versu cogitat[108]: „Sed ut sit iste versus huius fabulae, quod ego neque affirmo neque nego, in *ἀγγελικῇ ῥήσει* certe locum non inveniet." —

Fortasse querelas Clymenes chorus ancillarum interrupit, quam Rau (p. 41) opinionem profitetur: „Quod fieri potuit Clymena viribus deficiente, ut in cognomine fabula Hecuba: (vid. vs. 438 seqq.)".

Denique Plutarchus (Mor. p. 608 D, E) fragmentum servavit: *μισῶ δὲ . . . οἴχοι(α)το*[109], quod Clymenae tribuendum esse verisimile est (v. 200—201). Goethe[110] hos versus Phaethonti cum Sole agenti falso dedisse mihi videtur. Blass primis questibus Clymenes attribuit. Ex Plutarchi verbis: *Ἀλλὰ δέδια πάλιν, μὴ συνεκβάλωμεν τῷ λυποῦντι τὴν μνήμην ὥσπερ ἡ Κλυμένη λέγουσα μισῶ κτλ . . . ἀεὶ φεύγουσα καὶ τρέμουσα τὴν ὑπόμνησιν τοῦ παιδός, ὅτι συμπαροῦσαν αὐτὴν εἶχεν* Clymenen adspectu Phaethontis arcus denuo dolore affectam esse apparet. Itaque exclamat: „Gymnasia pereant", quia Phaethon iis tantam audaciam didicit. Arcus fortasse a Phaethonte „more temporum" deo cuidam consecratus ante aedes fixus erat. Motum animi similem habemus in Euripidis Alcestide 944 sqq:

ἡ μὲν γὰρ ἔνδον ἐξελᾷ μ' ἐρημία,
γυναικὸς εὐνὰς εὖτ' ἂν εἰσίδω κενὰς
θρόνους τ' ἐν οἷσιν ἷζε . . . —

---

107 Hermes XVIII (1883) p. 407.
108 De Phaeth. Eurip. fragm. Clarom., Kiel 1885, p, 9 sq.
109 Cf. Arnim, Supplem. Euripid., Bonn 1913, p. 80, fr. 7.
110 Goethes Werke, Weimar 1903, 41, 2, p. 42.

Nestle, quod Euripidem in animo habuisse gymnasia vituperare putat[111], ab Aristophane et exprobrari (Ran. 1088) censet:

λαμπάδα δ' οὐδεὶς οἷός τε φέρειν
ὑπ' ἀγυμνασίας ἔτι νυνί.

v. 200—201. Lacunam post particulam δέ Nauck indicavit, qui ἀγκύλον pro εὐάγκαλον scribere vult. Cur autem vocabulum εὐάγκαλον a Plutarcho traditum aptum non sit, non intellego. — Pronomen τοῦτο fortasse maxime idoneum est, cum Clymenen ad arcum digitum intendere credibile sit. Cf. Rau p. 42. Heathius τοῦδ' εὐάγκαλον proposuit et in exeunti altero versu (201) μοι post verbum οἴχοιτο scripsit. Equidem versus vix certo restitui posse puto. —

Multo magis Clymenes dolor augetur, cum corpus Phaethontis mortui in scaenam inferatur. Iam vero quis mortuum filium apportaverit quaerimus. Ac Wecklein pastores fuisse putat, cum Arnim dicat[112]: „Der frühere Erzieher (Pädagog) des Phaethon, der freigelassen als Bauer lebt, hat den Transport der Leiche Phaethons begleitet", quae sententia non improbabilis est. Cum in ultima alterius fragmenti columna nonnullis versibus 353 et 355 nota Τροφ praescripta sit, Arnim de Phaethontis paedagogo cogitavit, id quod meo iudicio certo diiudicari non potest.

Non dubito, quin narratum sit, ubi Phaethontis corpus inventum esset. Huic narrationi fortasse alterius fragmenti (col. I) versus 202—242 attribuere licet, etsi magno usui non sunt, quia nihil nisi exitus versuum servati sunt.

v. 202—242. Vocabula λιπών (v. 206) et ἑκών (v. 210) fortasse, Arnimii sententiam si sequimur, virum hos versus loqui indicant. Blass haec suspicatur[113]: „In fine agi de sepultura Phaethontis, quae clam Merope fiat, facile perspicitur." Similem sententiam postea Wecklein profitetur[114]. Personarum mutatio nullo loco indicata ex Arnimii sententia esse videtur post versus 219, 228, 232. —

v. 243—255. Optime tradita est altera huius fragmenti pagina. Argumentum est hoc: Clymene ancillis imperat, ut corpus Phaethontis fumans in domum ferant, quia maritum appropinquantem audit. Ille secum ducit chorum virginum, quae carmen nuptiale canent. Deinde Clymene pergit: Abstergite sanguinem, ne quid Merops sentiat. His peractis corpus in thesaurum

---

111 Euripides, der Dichter der griechischen Aufklärung, Stuttgart 1901, p. 218.

112 Supplem. Euripid., Bonn 1913, p. 74 n.

113 De Phaeth. Euripid. fragm. Clarom., Kiel 1885, p. 10.

114 Cf. Tragoedien des Euripides, Sitzb. d. k. b. Academie d. Wissensch. zu München, philos.-hist. Kl. (1888) I, p. 124, n. 1.

portandum curat, denique graviter Solem, quod matrem et filium perdiderit, accusat. Clymenen haec dicere non posse nisi, postquam omnia, quae facta sunt, per nuntium compererit, nec iam quid filius a Sole petiverit ignorare apparet. Chorus quoque interitum Phaethontis scit: cf. v. 310 sq.:

ὀτοτοτοῖ κεραύνιαί τ' ἐκ Διὸς
πυρίβολοι πλαγαὶ λέχεά θ' Ἁλίου.

Iure enim Wilamowitz dicit [115]: „So erforderte doch das einfachste dramatische Interesse gebieterisch, daß die Aufklärung (d. h. der Botenbericht) vor diejenige Stelle gerückt ward, wo wir Clymenes eigenes Leben in Gefahr wissen." Quare quod opinatur Blass [116]: „*ἀγγελικὴν ῥῆσιν* et explicationem totius rei post fragmentum alterum secutam esse" minime sequi possum, etsi idem atque Blass etiam Welcker [117] sentit. Wecklein [118] vero sententiam Blassii isdem fere, quibus supra exposui, rationibus refutavit. In fabulis enim antiquis plerumque ita res instituitur, ut corpus, cum mors nota est, in scaenam inferatur [119].

v. 243. Magnam vero difficultatem nobis parat hic versus, cuius exitus vitio affectus est. Initium codex ita nobis tradit secundum Bekkeri lectionem *πυροσθερινυσ εννεκροισθερηνναι,* quae G. Hermann sic emendavit *πυροῦσσ' Ἐριννὺς ἐν νεκροῖς θηρήϊον.* Rau autem scripsit *πυρός τ' Ἐριννὺς ἐν νεκροῦ στέρνοις ἔτι.* — Quaestionem quidem, quae est de scriptura nominis *ἐρινύς*, copiose tractavit G. Hermann in Antigonae ed. 3 praef. p. 19 sqq., secundum quem scribitur una *ν*, ut lapides et libri optimi habent. — Versus vero initium *πυρός τ' Ἐρινύς* bene placet; nam vox significat ignis furiam, i. e. ignis ultricem vim; sed *Ἐρινύς* quid omnino sit, accuratius inquirere necessarium esse mihi videtur [120]. Homerus quidem dicit *T* 87: *ἐγὼ δ' οὐκ αἴτιός εἰμι, ἀλλὰ Ζεὺς καὶ Μοῖρα καὶ ἠεροφοῖτις Ἐρινύς*, et simile invenitur apud Aeschylum (Sept. 699): *μελάναιγις* [*δ'*] *οὐκ εἶσι δόμους Ἐρινύς. Ἐρινύς* igitur est furia, quae per aerem et nebulam vagatur. — Species furiae comparatur cum nimbis obscuris, qui celeriter variis figuris induti effugiunt. Velut in hymno orphico 69 (ed. E. Abel) furiae dicuntur *αἰολόμορφοι* et *πολύμορφοι.* Apud Vergilium (Aen. VII, 328) est: „(Allecto) tot sese vertit in ora." — Varia adiectiva furiis

---

115 Hermes XVIII (1883) p. 407.

116 De Phaeth. Eurip. fragm. Clarom., Kiel 1885, p. 9.

117 Rh. Mus. II, Suppl. 2 (1839) p. 609.

118 Berl. Phil. Wochenschr. 1885, 1323 = Sitzb. d. k. b. Acad. d. Wiss. z. München, philos.-hist. Kl. 1888, I, p. 123.

119 Cf. K. Kiefer, Körperlicher Schmerz und Tod auf der attischen Bühne, Heidelberg 1909, p. 45 sq.

120 Cf. Roscher, Lexikon I, 1310 sqq.

tribuunt poetae: Eur. Or. 321 *μελάγχρωτες εὐμενίδες, αἵτε τὸν ταναὸν αἰθέρ' ἀμπάλλεσθε*; ibidem 317 *δρομάδες ὦ πτεροφόροι*. — Imprimis autem nubes, quae tonitru parturiens materiam igneam emittit, furiam fecit terribilem. Exempli causa affero Aeschylum (Eum. 137 sq.): *σὺ δ' αἱματηρὸν πνεῦμ' ἐπουρίσασα τῷ ἀτμῷ κατισχαίνουσα, νηδύος πυρί* . . . Ita furia est flammifera apud Euripidem (Iph. T. 288): *ἐκ χιτώνων πῦρ πνέουσα*; conferre denique licet Quintum Smyrnaeum (V, 33): *αἳ δ' ὀλοοῖο πυρὸς πνείουσαι ἀυτμήν*. — In litteris Latinis simile aliquid habemus apud Statium (Theb. 1, 107): „igneus atro ore vapor"; apud Senecam (Herc. F. 87): „Eumenides, ignem flammeae spargant comae" et in eadem fabula (v. 982): „flammifera Erinys verbere excusso sonat." De qua re recte Rapp concludit [121]: „Daß mit dem Feuer, das ihnen aus dem Munde, den Haaren, den Gewändern sprüht, der aus der dunklen W e t t e r w o l k e hervorbrechende B l i t z gemeint ist, liegt auf der Hand." —

In hoc versu *ἐρινύς* non est nubes, quae fulmen emittit, sed ipsa fulminis vis. —

Exitus huius versus coniectura restituendus est. Post verba *ἐν νεκροῖς* Duentzer *κεραυνίοις*, Arnim *ἐρειπίοις*, Wecklein *θερμαίνεται* emendaverunt. Quamquam Weckleinii illud *θερμαίνεται* ad traditum *θερ(η)ν(υ)αι* prope accedit, equidem conicio *θερεῖσα καί*, quae particula duo participa *θερεῖσα* et *ζῶσα* optime coniungit. Verbum *θέρω* — calefacio — ad sensum aptum esse mihi videtur. Participium aoristi, quod ab *ἐθέρην* repetendum est, significat fere „urens". Apud Homerum saepius hoc vocabulum invenitur, quibus locis est calefacere et urere: *ρ* 23 *αὐτίκ' ἐπεί κε πυρὸς θερέω*; *Z* 331 *ἀλλ' ἄνα, μὴ τάχα ἄστυ πυρὸς δηΐοιο θέρηται*; *Λ* 667 *νῆες θοαὶ . . . πυρὸς δηΐοιο θέρωνται.*

Pro *ἐν νεκροῖς* fortasse coniciendum est *ἐν νεκρῷ*, quia solus Phaethon significatur, quamquam *ἐν νεκροῖς* in totum Phaethontis corpus referri potest.

v. 244. In exitu G. Hermann supplevit *καπνοῦ*, Rau *φλογός* aptum putavit. Blass in codice legit *πτισα* aut *πυρος*; adnotavit [122] autem: „*Πυρός* aptissimum, dummodo idem vocabulum ex v. 1", — i. e. v. 243 —, „removeatur". Sed contra hanc sententiam afferre licet simile aliquid iam supra inventum: cf. v. 58 sqq.: *δόμων* — (*δῶμα*) — *δόμων* — *δόμων* — *δόμους*. *Ἀτμὸς πυρός* est fumus ignis.

v. 245. In hoc versu Bekkeri supplementum *νέκυν* idoneum est.

---

[121] Roscher, Lexikon I, 1312.

[122] De Phaeth. Eurip. fragm. Clarom. Kiel 1885, p. 10, v. 2.

v. 246—247. *Τιθεις* ante alterum *πόσις* legit Hase, *νοεις* Bekker, qui recte versum ita restituit *πόσις πόσις μοι πλησίον*; nam verbum a Clymene iteratum bene timorem eius patefacit. Ex *τιθεισποσις* (Hase) coniecit G. Hermann *ἴθ', ὡς πόσις,* quae coniectura non adeo placet. —

Verbum *ἀυτῶ* — vociferor — Homerus habet (*Λ* 258): *καὶ ἄϋτει πάντας ἀρίστους*; (*Y* 50). Apud Aeschylum et Euripidem saepius occurrit: Aesch. Sept. 384 *τοιαῦτ' ἀυτῶν*; Ag. 1344 *τίς πληγὴν ἀυτεῖ*; Eur. Phoen. 1270 *ἔκπληξιν νέαν φίλοις ἀυτεῖς*; Hec. 1091 *βοὰν βοὰν ἀυτῶ*. Blass cum dativo illud verbum coniungendum esse putat ac scribit *γαμηλίοις μολπαῖς*. Sed cum Hermann testetur traditum esse *μολπάς,* accusativus rectus esse mihi videtur.

v. 248—249. Codex tradit *οιθασσεουσομολγον,* quae G. Hermann ita restituit *οὐ θᾶσσον*; *οὐκ ἄμολγον*; Dobree coniecit *οὐ θᾶσσον*; *οὐ σταλαγμόν,* quod substantivum apud Euripidem quidem est: Ion 351 *σταλαγμὸς αἵματος*. Sed Hermanni coniectura *ἄμολγον* ad traditam lectionem proxime accedere mihi videtur. Homerus quidem substantivum *ἀμολγός* saepe habet, quibus locis obscuritas noctis indicatur: *Λ* 173 *ἅς τε λέων ἐφόβησε μολὼν ἐν νυκτὸς ἀμολγῷ; O* 324 *κλονέωσι μελαίνης νυκτὸς ἀμολγῷ*; *X* 28; 317; cf. Glotta XI (1922) p. 108. In fragmento fabulae Aeschyleae, quae *Ἡλιάδες* inscribitur, est (N.[2] fr. 69, 5): *προφυγὼν ἱερᾶς νυκτὸς ἀμολγόν*. Praeterea Hesychius[123] habet: *ἀμολγὸν νύκτα. Εὐριπίδης Ἀλκμήνῃ, ζοφερὰν καὶ σκοτεινήν. οἱ δὲ μέρος νυκτὸς καθ' ὃ ἀμέλγουσιν.* Eustathius denique (Il. p. 838, 50) exponit primum esse tempus, quo pecora mulgeantur. Quod cum vel vesperi vel extrema nocte fiat, esse *καὶ τὸ ἀκμαῖον καὶ μέσον τῆς νυκτός*. Alio loco (Il. p. 1018, 10 sqq.) idem: *Ἀχαιοὶ δὲ κατὰ τοὺς γλωσσογράφους ἀμολγὸν τὴν ἀκμήν φασιν,* quacum interpretatione consentit Athenaeus (III, 115a): *ἀμολγὸς γὰρ τὸ ἀκμαιότατον*. Buttmann igitur (Lexil. II, p. 39 sqq.) *ἀμολγόν* summam noctis caliginem esse putat. Cf. Glotta XIII (1924) p. 98 sqq. — Nec scio an recte G. Hermann interpretetur (Opusc. III, p. 138): „Ac mansit haec vox in Germanica lingua, nisi quod, ut usus dominari solet, molken serum potius, quam quod residuum secreto sero ita dici debebat, appellamus. Nempe videtur proprie, quod mulgendo expressum coagulatur, spissum et pingue, ita dictum fuisse; inde autem translatum ad crassam caliginem." Quae sententia vix intellegi potest. — P. Kretschmer concludit[124]: „Wir müssen annehmen, daß *ἀμολγός*, das eigentlich „Melkstunde" bedeutete, im bildlichen Sinne von *ἀκμή*, „Höhepunkt" genommen worden ist." (De accentu cf. Brug-

---

[123] Cf. M. Schmidt, Hesychii Alexandrini lexicon, Jena 1867[2], p. 115.
[124] Glotta XIII (1924) p. 166 sq.

mann Grdr. II, 1, p. 149²; G. Meyer, Gr. Gr. 38³.) Ad substantivum *ἀμολγός*, quod de cruore dicitur, referendum est pronomen *τὶς*, ex quo genetivus *αἵματος* pendet.

Verbum *ἐξομόργνυμι* — abstergeo — apud Euripidem eadem significatione invenitur: Herc. F. 1399 *ἀλλ' αἷμα μὴ σοῖς ἐξομόρξωμαι πέπλοις*.

v. 250—251. G. Hermann secundum lectionem codicis *επειγεται* (vel *αη*) *δμωδες* scripsit *ἐπείγετ' εἶα, δμωΐδες*: contendite ancillae; nam *κρύψω δέ νιν ξεστοῖσι θαλάμοις, ἔνθ' ἐμῷ κεῖται πόσει χρυσός*.

Verbum *κρύπτω* et cum dativo et cum praepositione *ἐν* iungitur, dativus quasi instrumentalis est: Soph. Antig. 196 *τάφῳ κρύπτειν*; O. C. 1546 *χθονὶ κρύπτειν*; — Eur. Hel. 1222 idem; Troad. 627 *ἔκρυψα πέπλοις . . . νεκρόν*; Iph. T. 1024 *ναῷ τῷδε κρύψειας*; cum praepositione *ἐν* coniunctum rarius est: Soph. Antig. 946 *κρυπτομένα δ' ἐν τυμβήρει θαλάμῳ*; Eur. Hel. 424 *ἐν δ' ἄντρου μυχοῖς κρύψας*; Or. 1107 *ἐν δόμοις κρ.* Corpus Phaethontis thesauro lapidibus politis aedificato conditur. Adiectivum *ξεστόν* Euripides ex Homero sumpsisse videtur; neque enim Aeschylus neque Sophocles usi sunt.

v. 252—255. Codex tradit *κληθραεγω*, quo loco librarius litteram elidendam adscripsit ut in versu 244 *ζῶσα*.

Iam Clymene dicit: Equidem sola claustra obsero et orationem sic claudit *ὦ καλλιφεγγὲς ἥλιε . . . δαιμόνων*.

Priores duos versus 253—254 varia lectione habent scholiastes [125] ad Euripidis Orestem (1389):

ὦ καλλιφεγγὲς Ἥλι', ὥς μ' ἀπώλεσας,
καὶ τόν δ' Ἀπόλλων δ' εἰκότως κλῄζει βροτοῖς

et Macrobius Sat. I, 17, 10:

ὦ χρυσοφεγγὲς ἥλι', ὥς μ' ἀπώλεσας,
ὅθεν σ' Ἀπόλλων' ἐμφανῶς κλῄζει βροτός.

Ex his versibus Apollinem cum Sole confusum esse elucet. „Ceterum egregie Matthiae hoc Apollonis cum Sole confusi exemplum antiquissimum, et, si scriptores ante Alexandrum Magnum respicis, unicum esse monuit“ [126]. Supra apud Macrobium legimus: „Alii cognominatum Apollinem putant, *ὡς ἀπολλύντα τὰ ζῶα*, exanimat enim et perimit animantes cum pestem intemperie caloris immittit.“ — De variis autem lectionibus Wilamowitz [127] recte iudicavit: „Sehr bezeichnend sind die Corruptelen in andern

---

[125] Cf. Scholia in Euripidem, ed. E. Schwartz, Berlin 1887, I, p. 222.

[126] Cf. F. G. Wagner, Poetarum tragicorum Graec. fragm., Breslau 1844, II, p. 394.

[127] Hermes XVIII (1883) p. 406 n. 1.

Zitaten *Ἀπόλλων δ' εἰκότως* oder *ἐμφανῶς κλήζῃ βροτοῖς,* weil man nicht mehr das im fünften Jahrhundert stehende *ὀρθῶς* für das dem *ὀρθός* (später *ἔτυμος*) *λόγος* entsprechende, die Etymologie, verstand." Codex Claromontanus et scholiastes cum habeant *ὦ καλλιφεγγὲς Ἥλιε,* Macrobius *ὦ χρυσοφεγγὲς Ἥλιε* scribit, sed illud adiectivum *καλλιφεγγές* — pulchrum splendorem habens — hoc loco aptum esse puto, quod Euripides vocabulo saepius usus est: Troad. 860 *ὦ καλλιφεγγὲς ἡλίου σέλας τόδε;* Hipp. 455 *ἡ καλλιφεγγὴς . . . Ἕως.* Deinde Macrobius pro *καὶ τόνδε* habet *ὅθεν σ'* et praeterea *Ἀπόλλων' ἐμφανῶς κλήζει βροτός.* Wilamowitz bene adnotat [128] Macrobium oblitum esse in lingua Graeca pronomen *ὅστις* formae plurali adiungi posse et versum Euripidis affert: Med. 220 *δίκη γὰρ οὐκ ἔνεστ' ἐν ὀφθαλμοῖς βροτῶν, ὅστις . . . στυγεῖ.* — Homerus non raro pronomen *ὅστις* ad formam pluralem rettulit [129]: *Ο* 371; *π* 228 etc.

Imprimis nobis mirandum est, quod scholiastes Euripidis et Macrobius tertium versum (255), quem codex Claromontanus tradit, non adiciunt. Hoc vitium sane eodem modo ortum est atque aliae corruptelae, aut quia versus memoriter allati sunt. — De verbis *τὰ σιγῶντ' ὀνόματα* Rau [130]: „Sed hoc auserim" inquit „affirmare frigidum esse hunc exitum et paene ridiculum, post turbatissimam et terroris plenam Clymenes orationem." Itaque hunc versum putat interpolationem grammatici veteris vel histrionis, cui verba Euripidis obscura videbantur et scribit:

ὦ καλλιφεγγὲς ἥλι'· ὥς μ' ἀπώλεσας!
καὶ τόνδ'! Ἀπόλλων ὥς σύ γ' εὖ κλήζει βροτοῖς.

De qua sententia Hartung [131] iure dubitat; Euripides enim in hoc versu *σιγάω* per metaphoram dixit ut saepius: Bacch. 1084 *σίγησε δ' αἰθήρ;* Alc. 78 *τί σεσίγηται δόμος Ἀδμήτου.* Sentit enim fere sic: Vel in veris nominibus vis et natura latent eorum, qui haec nomina habent. Ex versibus igitur 253—255 nomen Apollinis repetendum esse a verbo *ἀπολλύναι* — delere — cognoscitur, cuius generis exempla saepius apud Euripidem inveniuntur [132]. Etiam Aeschylus hanc etymologiam habet: Ag. 1080 sqq. *Ἀπόλλων Ἀπόλλων, ἀγυιᾶτ', ἀπόλλων ἐμός· ἀπώλεσας γὰρ οὐ μόλις τὸ δεύτερον.* —

Quibus dictis Clymene cum ancillis in regiam ingreditur et Merope duce chorus virginum, quae iustum hymenaeum canunt,

---

[128] Hermes XVIII (1883) p. 406 n. 1.

[129] Cf. K. W. Krüger, Griech. Sprachlehre, Leipzig 1875 [5], p. 128 § 58, 4 n. 4.

[130] Epistola de Eurip. Phaethonte, Leyden 1832, p. 51.

[131] Rh. Mus. V (1837) p. 596.

[132] Cf. W. Nestle, Euripides, der Dichter der griechischen Aufklärung, Stuttgart 1901, p. 430 n. 88.

in scaenam procedit. Qui alter chorus hoc carmen nuptiale canere potest, quia, quid Phaethonti acciderit, non suspicatur, neque scit, ex quo ille ducat genus. Multi viri docti ad hoc canticum studium adverterunt, ut inquirendo reperirent, quae esset dea illa Phaethonti sponsa destinata. Rau[133] Auroram sponsam esse putat, cum Wecklein[134] Lunam nominet. Arnimio[135] Veneris filia et Wilamowitzio[136] Venus ipsa sponsa esse videtur. Quae opinio recta sit, ex commentatione cognosci potest. —

Chorus virginum, postquam primum Hymenaeum invocavit (cf. Troad. 314 *Ὑμήν, ὦ Ὑμέναι' ἄναξ*; ibid. 331), deinde Veneris, filiae Iovis, virginibus nuptias conciliantis laudes canit.

v. 256. Quod ad vocabulum *Ὑμήν* attinet, cf. p. 34 sq.

v. 257. Codex nobis offert *ειδομεν*, quod G. Hermann in *ἀείδομεν* emendavit.

v. 258. Pro *παρθενοι* aut *παρθενον* codicis lectione Burges et G. Hermann *παρθένοις* scripserunt.

v. 260. Bekker legit in fine huius versus *νυμφιας* . . . et Hase *νυμφιασ-φαο*, quod Hermann mutavit in *νυμφεῖ' ὀφείλω*. Wilamowitz *νυμφεῖ' ἀείδω* scribendum esse censet, ut Veneri carmen nuptiale canatur, quae coniectura credibilis esse mihi videtur.

v. 261. Ab Euripide Venus hoc loco Cypris nominatur. Apud Homerum Venus Iovis Dionaeque filia est. Cf. *E* 370: *ἡ δ' ἐν γούνασι πῖπτε Διώνης δῖ' Ἀφροδίτη, μητρὸς ἑῆς*. Hesiodus de origine Veneris dicit: Theog. 188 sqq.

Μήδεα δ' ὡς τὸ πρῶτον ἀποτμήξας (sc. *Κρόνος*) *ἀδάμαντι*
(sc. *Οὐράνῳ*) *κάββαλ' ἀπ' ἠπείροιο πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ*
ὣς φέρετ' ἂμ πέλαγος πουλὺν χρόνον, ἀμφὶ δὲ λευκὸς
ἀφρὸς ἀπ' ἀθανάτου χροὸς ὤρνυτο· τῷ δ' ἔνι κούρη
ἐθρέφθη· πρῶτον δὲ Κυθήροισιν ζαθέοισι
ἔπλητ', ἔνθεν ἔπειτα περίρρυτον ἵκετο Κύπρον.
ἐκ δ' ἔβη αἰδοίη καλὴ θεός, ἀμφὶ δὲ ποίη
ποσσὶν ὕπο ῥαδινοῖσιν ἀέξετο· τὴν δ' Ἀφροδίτην
ἀφρογενέα τε θεὰν καὶ ἐυστέφανον Κυθέρειαν
κικλήσκουσι θεοί τε καὶ ἀνέρες, οὕνεκ' ἐν ἀφρῷ
θρέφθη.

Idem fere breviter dicit Pausanias II, 1, 8: *Θάλασσα ἀνέχουσα Ἀφροδίτην παῖδα.*

Κυπρογενέα δ' ὅτι γέντο πολυκλύστῳ ἐνὶ Κύπρῳ. (Theog. 199).

---

[133] Epistola de Eur. Phaeth., Leyden 1832.

[134] Cf. Tragoedien des Euripides, Sitzb. d. k. b. Akademie d. Wiss. zu München, philos.-hist. Kl. (1888) I, p. 124.

[135] Supplementum Euripideum, Bonn 1913, p. 76 v. 20 n.

[136] Hermes XVIII (1883) p. 413 sqq.

Scholiastes D ad Homeri Il. *E* 330 *Κύπριν τὴν Ἀφροδίτην* dicit[137]: *οὕτως γὰρ ἐκλήθη ἡ θεὸς παρ' ὅσον ἐν τῇ Κύπρῳ μεγάλως τιμᾶται.*

Cum versibus Hesiodi comparare possumus hymnum Homericum VI. Apparet duas de origine Veneris fuisse fabulas, quae ipsi Euripidi notae erant.

Κύπρις appellatio Veneris saepissime apud Euripidem invenitur (cf. Hel. 1098; Hec. 825; Phoen. 7 etc.). Illa *δέσποινα ποντία*, qualem Hesiodus nobis proponit, occurrit in Hippolyti versu 522. In Euripidis Andromacha (179) dicitur: *εἰς μίαν βλέποντες εὐναίαν Κύπριν.* — *Καλλίστα Κύπρις* Venus appellatur in Helena Euripidea (1348). — In „Anthologia Palatina" 6, 293 et 9, 601 legimus illud *πότνια Κύπρι.*

v. 262—264. Codice traditur *τωτενεοζυγισιω* (vel *στω*), quae verba G. Hermann correxit in *τῷ τε νεόζυγι σῷ* et Kaibel in *τῷ τε νεόζυγι σοὶ*. Sequuntur verba *πώλῳ, τὸν ἐν αἰθέρι κρύπτεις σῶν γάμων γένναν* pro *γένεαν* codicis. Arnim putat[138]: „Man muß also annehmen, daß Euripides ‚ὁ' *πῶλος* von einem weiblichen Wesen (als *ἐπίκοινον*) gebraucht." Contra dicendum est Euipidem *ὁ* et *ἡ πῶλος* non promiscue adhibuisse. En exempla: Phoen. 947 *οὗτος δὲ πῶλος;* — (Rhes. 373 *πώλους ἐρεθίζων*), ex quibus hominem adulescentem significari apparet.

Ἡ πῶλος de puella dicitur: Hipp. 546 *πῶλον ἄζυγα*; Andr. 621; Hec. 141.

Ὁ πῶλος dicitur *νεόζυξ*, quod vera significatione est: nuper iugo submissus. In Euripidis Medea 804 nobis occurrit *τῆς νεοζύγου νύμφης*, quo loco puellam nuper in matrimonium ductam significat.

Verbis *τῷ τε νεόζυγι σῷ πώλῳ* Phaethon indicatur. Puella non significatur, quia *τῷ πώλῳ* legimus. Cum hoc loco conferre possumus parodi versus 112/113 *παῖδ' ὑμεναίοις θείοισι θέλων ζεῦξαι νύμφης τε λεπάδνοις.* A sponsa Phaethon quasi iugo submittitur. Chorus virginum Venerem una cum Phaethonte sponso alloquitur. Iam G. Hermann *σὸς πῶλος* et *σῶν γάμων γένναν* eundem hominem esse dixit. Hermann et Blass verba *σὸς πῶλος* ad Amorem, Veneris filium, referenda esse putant, ut scribant *τῷ τε μονόζυγι σῷ πώλῳ.* Wilamowitz, cum in Hermae volumine XVIII (1883) p. 411 dixerit: Und mit Recht also weist Hermann jede andere Bedeutung von *πῶλος* ab, als die gewöhnliche „Sohn", aliam sententiam professus est in libro „Sappho und Simonides" (Berlin 1913, p. 38 n. 1): „*πῶλος Ἀφροδίτας* für den zarten schönen Knaben wird jetzt, wo wir weibl. *πῶλοι Ἀφροδίτας, Ἴσιδος* u. dgl. genug kennen, nicht mehr befremden", qua re sic vertit: „Aphro-

---

137 Cf. Lexicon Homericum, ed. Ebeling, Leipzig 1885, p. 949.

138 Supplementum Euripideum, Bonn 1913, p. 76 n.

dite, dir singe ich das Hochzeitslied und deinem neuverbundenen *πῶλος*, den du im Äther birgst, zu E h r e n deiner Hochzeit."

Cum igitur in versu 262 Phaethon, Meropis filius sed Veneris sponsus, significetur, cum Kaibelio *σοί* pro *σῷ* scripserim; nam pronomen *σοί* pendet a *τῷ τε νεόζυγι*: „dem dir eben verbundenen sc. Jüngling". Pronomen *σοί* alterum membrum esse verisimile non est; nam ante particulam *τε* id poneremus. Illud pronomen pertinet ad Venerem, quae etiam sequentis enuntiati subiectum manet. Possessivum *σῷ* in hoc versu minus aptum esse mihi videtur, quia ab articulo *τῷ* abreptum est.

Quod *γένναν*, ut solent, vertimus progeniem, hoc substantivum ad Phaethontem referre non possumus. Itaque E. Schwartz pro *γενεαν* proposuit *τειμαν*, quod Wilamowitz in *τιμάν* correxit [139], quae correctura non necessaria esse mihi videtur; nam vocabulum *γένναν* mea sententia optime teneri potest. Verbum huius stirpis est *γεννᾶν*, quod Germanice significat „erzeugen". Iusta vocabuli *γέννα* notio est apud poetas parens, origo aut progenies, genus, ex quibus verbis substantivum habere et activam et passivam significationem cognoscere possumus. Exempla activae significationis sunt haec:

Aesch. Ag. 758 *τὸ δυσσεβὲς γὰρ ἔργον*
μετὰ μὲν πλείονα τίκτει,
σφετέραι δ' εἰκότα γ έ ν ν α ι, quos versus Wilamowitz vertit [140]: „Fortwuchernd entsprießt aus Sünden und Schuld zahlreiche d e n E l t e r n gleichende Brut." Substantivum *γέννα* hoc loco parentes significare apparet. Iam Schneidewin (cf. Aesch. Ag. erklärt, Berlin 1856, p. 97), qui illum versum *σφετέραι εἰκότα γ έ ν ν α ι* contulit cum *εἰδομέναν τ ο κ ε ῦ σ ι ν* (772) dixit: „Was sonst Eltern erfreut, *εἰκότα τέκνα τοκεῦσιν*, ist hier in Ironie umgekehrt." — Aesch. Prom. 892 *τῶν γ έ ν ν α ι μεγαλυνομένων*, quae verba etiam dicuntur de hominibus elatis o r i g i n e (i. e. p a r e n t i b u s). — Pind. P. 4, 100 *εἰπὲ γ έ ν ν α ν*, quibus verbis opinatus peregrinus hortatur, ut p a r e n t e s dicat.

Sensum passivum habet *γέννα* in his exemplis: Aesch. Prom. 164 *δάμναται οὐρανίαν γ έ ν ν α ν*, quo in versu U r a n i duodecim f i l i i indicantur; — Eur. Phoen. 809 sq. *φέρεν αἰθέρος εἰς ἄβατον φῶς γ έ ν ν α ν*, ubi *γέννα* est g e n u s C a d m e u m p a r t u m.

Opportunum esse mihi videtur, quod Wilamowitz exposuit de substantivo *γ ε ν έ τ α ς* [141]: „Daß dasselbe Wort in demselben Stile

---

[139] Cf. Sappho und Simonides, Berlin 1913, p. 38 n. 1.
[140] Griechische Tragödien übers., Berlin 1910, II, p. 76.
[141] Euripides' Ion erklärt, Berlin 1926, p. 128.

Vater und Sohn bedeuten kann, ist seltsam genug; wir können nur die Tatsache konstatieren." —

In versu 264 igitur *γέννα* eum significat, qui progeniem matrimonio gignet (i. e. Phaethon).

v. 265—266. Bekker in codice legit *αγουμεγαν* et Blass *ατον μεγαν*. Diversae sententiae, quid significaret littera *α*, a viris doctis dictae sunt. G. Hermann, qui *α* relativum esse accipit, ad *νυμφεῖα* referendum esse putat, cum Arnim [142] relativum *ἅ* Veneris filiam, quae sponsa Phaethontis sit, significare censeat. Qui dicit: „Ginge *ἅ* auf Aphrodite, so könnte nicht in demselben Satze *φίλον Ἀφροδίτᾳ* stehen." Cuius sententiam Veneris filiam Phaethontis sponsam esse, equidem supra (p. 59 sq.) refutavi. Etiam Wilamowitz [143] relativum *ἅ* scribit, sed pro *Ἀφροδίτᾳ* correxit *Ἀφροδίτα* sine *ι* subscripto et vertit: „Die den großen König dieses Landes heiratet, als den lieben Herrscher über ihre Schätze in den gestirnten Häusern, ist Aphrodite." — Potestne *α* exclamatio esse? Iam Welcker [144] legendum esse *ἆ* pro *ἅ* monuit, quia Euripides saepius hac interiectione utebatur. Quae particula *ἆ* partim dolorem partim alios affectus exprimens invenitur [145]: Exempla affero haec Eur. Or. 145 *ἆ ἆ*; Alc. 526 *ἆ, μὴ πρόκλαι' ἄκοιτιν*; Hel. 445 *ἆ· μὴ προσείλει χεῖρα*.

Quod si fieri hoc loco potest, ita fere scribendum est: *ἆ, τὸν μέγαν . . .*, quamquam Wilamowitzii sententia optime intellegi potest.

Miror, quod Euripides dixerit *τὸν . . . νυμφεύεται Ἀφροδίτα*, cum semper legamus *νυμφεύεσθαι τινί* — nubere viro. Exemplum *νυμφεύεσθαι τινά* neque apud Euripidem neque apud ceteros poetas inveni. Recte Wilamowitz in Hermae volumine XVIII (1883) p. 414 de hac constructione nova iudicavisse mihi videtur: „Die Verhältnisse sind hier umgekehrt, Aphrodite kann man nicht heiraten, sondern höchstens von ihr geheiratet werden."

Idem illustrant illud *νεόζυξ* et in versu 113 *ζεῦξαι νύμφης τε λεπάδνοις*. —

In eodem Hermae volumine Wilamowitz sententiam professus est verbis *μέγαν τᾶσδε πόλεως βασιλῆ* non Phaethontem sed Meropem significari. Aliter sentit in libro, qui est Sappho und Simonides (p. 38 n. 1): „Nun versteht es sich eigentlich von selbst,

---

142 Supplementum Euripideum, Bonn 1913, p. 76 n.

143 Sappho und Simonides, Berlin 1913, p. 38 n. 1.

144 Cf. F. G. Wagner, Poetarum tragicorum Graecorum fragmenta, Breslau 1844, II, p. 396 v. 23.

145 Cf. Index verborum formularumque omnium in Euripidis tragoediis integris, ed. Christ. Dan. Beck, Glasgow 1821, p. 3.

daß die Antistrophe sich an den Bräutigam wendet, und nur dann ist *νυμφεύεται* und *κηδεύσεις* treffend gesagt."

Quare Phaethon rex appellari possit, recte Blass dicit[146]: „Magnus autem urbis rex Phaethon recte praedicatur, cum sit unicus regis filius atque heres."

v. 267—268. Versus ita G. Hermann ex traditis verbis *αστερωτοισιν δομοισι χρυσειον αρχεον φιλον Αφροδιτα* restituit. Imprimis de voce *χρυσειον*, quam codex habet, accuratius inquirendum esse videtur. *Χρυσειον* tenendum vix est, quod sensus aptus non est, et recepto hoc adiectivo syllaba anceps fit, quamquam in stropha *α* (v. 258) codice traditum est *παρθενον* vel *παρθενοι*, quod deinde Burges et Hermann in *παρθένοις* mutaverunt. Wilamowitz proposuit *χρυσέων* i. e. „ornamentorum aureorum" et vertit[147]: „Den als lieben Hüter ihrer Schätze im Sternenzelt Aphrodite freit." Ille enim dicit *ἀστερωποῖσιν χρυσέοις* cum *δόμοισιν* coniungi non posse, quod adiectiva descriptiva sunt. At nonne *ἀστερωποῖσιν* vel *χρυσέοις* adiectiva praedicative possunt intellegi? Nam Aphroditae domus sunt aureae quod stellatae. Conferre possumus, quod Krüger[148] dicit: „Außerdem kann von zwei Adiectiven eins praedicativ stehen, in eben dem Sinne, den es bei hinzugefügtem *ὤν* haben würde": *Πένης οὐδὲν εὐγενὴς ἀνήρ* (Eur. Phoen. 442). — Primum quidem, quaecumque deorum sunt, aurea nominantur apud Homerum et poetas posteriores. Exempli causa affero: *N* 22; Pind. P. 9, 60; Eur. Ion 459. Deinde, quaecumque lucent et effulgent, aurea dicuntur: Eur. Phaeth. v. 3 *χρυσέᾳ φλογί*; El. v. 54 *χρυσέα ἄστρα*, qua de causa saepe Venus ipsa *ἡ χρυσῆ* appellatur. *Χρυσέα Ἀφροδίτα* etiam coniectum est, qua ab coniectura Wilamowitz alienus non est. Sed hoc loco Venus non aurea est sed eius domus.

Saepe ab Euripide adiectivum *ἀστερωπός* adhibitum est: Ion 1078 *ὅτε καὶ Διὸς ἀστερωπὸς ἀνεχόρευσεν αἰθήρ* i. e. aether stellatus; Eur. Herc. F. 406 *ἀστρωπούς τε κατέσχεν οἴκους εὐανορίᾳ θεῶν*, quo in versu Wilamowitz verba *ἀστρωπούς τε οἴκους θεῶν* ita explicat[149]: „Die Götterhäuser sind *ἀστρωποί*, weil sie im Sinne des Dichters der Himmel selbst sind." — Phoen. 128 sq. *γίγαντι γηγενέτᾳ προσόμοιος ἀστερωπός*, ubi scholiastes adnotat ad adiectivum *ἀστερωπός*[150]: . . . *τὸ ὄμμα λαμπρὸν ἔχων ὁμοίως ἀστέρι.*

Ἀρχόν significat Phaethontem, qui in aureis et stellatis domi-

---

146 De Phaethontis Eurip. fragmentis Clarom., Kiel 1885, p. 12.
147 Hermes XVIII (1883) p. 414.
148 Griechische Sprachlehre, Leipzig 1875 [5], p. 225 n. 5.
149 Euripides' Herakles erklärt, Berlin 1909 [2], p. 311.
150 Cf. Scholia in Euripidem, ed. E. Schwartz, Berlin 1887, I, p. 266.

bus regnabit. Vox ἀρχός est poetica, pro qua in oratione soluta vocabulum ἄρχων invenimus. Apud Homerum substantivum ἀρχός eum, qui praeest navi aut exercitui, significat: *A* 144 εἷς δέ τις ἀρχὸς ἀνὴρ βουληφόρος ἔστω; — *B* 685 τῶν αὖ πεντήκοντα νεῶν ἦν ἀρχὸς Ἀχιλλεύς. — *B* 541 ἀρχὸς Ἀβάντων; *E* 491 ἀρχοὺς . . . ἐπικούρων. — Etiam apud Pindarum substantivum ἀρχός est: P. 4, 194 λαβὼν φιάλαν ἀρχὸς (navis dux) ἐν πρύμνᾳ πατέρ' Οὐρανιδᾶν — ἐκάλει; —*O.* 7, 71 ὁ γενέθλιος ἀκτίνων πατήρ, πῦρ πνεόντων ἀρχὸς ἵππων (currus rector = Sol.). — P. 1, 7 αἰετὸς . . . ἀρχὸς οἰωνῶν (avium rex); — P. 1, 73 Συρακοσίων ἀρχῷ (princeps) δαμασθέντες. — Poetarum tragicorum praeter Euripidem Aeschylus hoc vocabulo usus est: Ag. 124 πομπᾶς ἀρχοὺς (dux).

v. 269—273. Μακάρων genetivus comparationis, qui ab adiectivo μείζων pendet, mihi esse videtur.

Particula ἔτι comparativum μείζων sequens sine dubio cum adiectivo μείζων coniungenda est: „noch größer". — Ὄλβον est „accusativus Graecus", qui Germanice significat: „an Reichtum".

Etiam hoc loco chorus virginum alloquitur Phaethontem; nam in versu 270 legimus ὃς θεὰν κηδεύσεις, qui solus Phaethon esse potest. Pro κηδεύσεις est in codice τηδευσεις, quod G. Hermann emendavit.

Κηδεύειν idem significat atque „in matrimonium ducere". Cf. Eur. Hec. 1202: ποτέρα κηδεύσων τινά; contra κηδεύειν τινί est „affinem fieri". Cf. Eur. Hipp. 634: ὥστε κηδεύσας καλοῖς γαμβροῖσι χαίρων σῴζεται πικρὸν λέχος. —

De substantivo γαμβρός (v. 272) dicit Wilamowitz haec [151]: „γαμβρός bedeutet bei den Aeolern und solchen, die von ihrer Poesie abhängen, Bräutigam, in Athen meist Schwiegersohn, oft auch Schwiegervater oder sonst angeheirateter Verwandter." In hoc versu γαμβρός verti potest nomine Bräutigam.

Aliis locis Euripides significat substantivo γαμβρός et generum: Phoen. 427 δισσοῖς Ἄδραστος ὤμοσεν γαμβροῖς τόδε; Andr. 359 etc., et socerum: Hipp. 634 κηδεύσας καλοῖς γαμβροῖσι; Andr. 641 πένητα γαμβρὸν πεπᾶσθαι.

v. 273. Recte igitur G. Hermann codicis verbum ὑμνήσεται in ὑμνήσῃ mutavit. Phaethon solus inter immortales mortalis sponsus per immensum orbem terrarum celebrabitur. — Wilamowitz versus 269—273 ita vertit [152]: „Mein König, dein Glück übertrifft alle Himmlischen, du freist eine Göttin und wirst über die weite Erde hin gepriesen werden als ein Sterblicher, der Götter zu

---

[151] Hermes XVIII (1883) p. 412.

[152] Sappho und Simonides, Berlin 1913, p. 38 n. 1.

Schwähern hat." Blass iure dixit [153]: „Iam hoc *βασιλεύς* non sufficit choro, sed supra regale fastigium statim sponsum extollit." —

Wilamowitzii sententia carmen nuptiale dactyloepitritos complectitur [154]. Attamen aliter versus legi possunt. Versum iambicum (256) sequitur versus, cuius tres pedes sunt dactyli, tertius trochaeus (v. 257). Versum 258 trimetrum trochaicum catalecticum intellegere possumus, quod metrum raro invenitur. Enhoplii sunt versus 259 et 263. Ex hemiepe et trochaico metro (Praxilleion) constat versus 260. Versus 261 et 264 continent ithyphallicos, quorum alter (v. 264) concisus est. Dactylicum penthemimeren lego versum 262. Eadem metra atque stropha complectitur antistropha. —

Carmine nuptiali cantato Merops servum quendam virgines in domum ducere iubet, ut etiam Clymene omnibus dis intra aedes choreas agat ac Vestae sedem sacris lustret. Deinde virgines in templum deae ire volunt. Haec Meropis verba continent versus 274 sqq.

v. 274. Huic versui a manu secunda, quae personarum mutationem etiam infra indicavit, praescriptum est *μεροψ*. In eodem versu codex habet *δομος*, quod in *δόμους* mutandum est.

v. 275. Codex tradit *ανοχϑι* pro *ἀνώχϑι* et *καταστομα*, quod Blass non apte in *κατὰ σταϑμά* correxit. Rau (p. 57), quem Wilamowitz [155] secutus esse videtur, proposuit *κατὰ στέγας* (cf. Herc. F. 609; Alc. 192). Sed optime *κατὰ στόμα* teneri existimo, quod significat „in faciem".

v. 276. Illi *ϑεοί* sunt deorum simulacra intra domum collocata, velut exemplum simile affero: Eur. Herc. F. 609 *οὐκ ἀτιμάσω ϑεοὺς προσειπεῖν πρῶτα τοὺς κατὰ στέγας*. Illud autem *κατὰ στόμα* eadem fere significatione saepius invenitur: Aesch. Choeph. 573 *ἢ καὶ μολὼν ἔπειτά μοι κατὰ στόμα ἐρεῖ*; Rhes. 409 *Θρῃκῶν ἀρίστοις ἐμπεσὼν κατὰ στόμα*; ibid. 491 *τάξον μ' Ἀχιλλέως καὶ στρατοῦ κατὰ στόμα*; ibid. 511 *ἰὼν κατὰ στόμα* etc.

Traditum est *κανκυμωσασϑαι δομοις*, ex quibus G. Hermann elicuit *κυκλώσασϑαι δόμους* i. e. saltare circum domos, quamquam de hac emendatione dubitare licet, quia dativo *δόμοις* aptum videtur esse illud *ἐν*, quod in *κανκ* latet.

v. 277. De Vestae [156] sede hymnus Homericus *Εἰς Ἀφροδίτην* (V, 30 sqq.) habet haec: *καί τε μέσῳ οἴκῳ κατ' ἄρ' ἕζετο, πῖαρ ἑλοῦσα. πᾶσιν δ' ἐν νηοῖσι ϑεῶν τιμάοχός ἐστιν.*

---

[153] De Phaethontis Eurip. fragm. Clarom., Kiel 1885, p. 12.
[154] Hermes XVIII (1883) p. 410. [155] Ibidem p. 409 n. 2.
[156] Cf. A. Preuner, Roscher, Lexikon I, 2614 sqq.

Cum alter versus ad domuum focum vel potius ad ignem eius pertineat, alter nos ducit in templa, ubi ignis in aris flagrat; simile est in ipso hymno *Εἰς Ἑστίαν* (XXIX, 1 sqq.):

Ἱστίη, ἣ πάντων ἐν δώμασιν ὑψηλοῖσιν
ἀθανάτων τε θεῶν, χαμαὶ ἐρχομένων τ' ἀνθρώπων,
ἕδρην ἀΐδιον ἔλαχε πρεσβηΐδα τιμήν.

Ex verbis *πῖαρ ἔλοῦσα* apparet, qua de causa ignis foci sacer sit; nam Vesta pingue sacrificium in foco accipit. Deinde hymnus XXIX pergit:

καλὸν ἔχουσα γέρας καὶ τιμήν· οὐ γὰρ ἄτερ σοῦ
εἰλαπίναι θνητοῖσιν, ἵν' οὐ πρώτῃ πυμάτῃ τε
Ἑστίῃ ἀρχόμενος σπένδει μελιηδέα οἶνον,

qui versus Vestae ineunte et exeunte die festo libationem oblatam esse ostendunt. Praeter hymnos testantur primam ei fieri libationem Pindarus (N. 11, 6): *πολλὰ μὲν λοιβαῖσιν ἀγαζόμενοι πρώταν θεῶν,* Sophocles (N.² fr. 658): *ὦ πρῷρα λοιβῆς Ἑστία, κλύεις τάδε,* Aristophanes (aves 865): *εὔχεσθε τῇ Ἑστίᾳ τῇ ὀρνιθείῳ καὶ τῷ ἰκτίνῳ τῷ ἑστιούχῳ* . . . Quod Vestae prima libatio erat, proverbium *ἀφ' Ἑστίας ἄρχεσθαι* ortum est, quod Euripides in sequenti huius fabulae versu (278) adhibuit. Idem apud Aristophanem (vesp. 846): *οὐκ, ἀλλ' ἵνα ἀφ' Ἑστίας ἀρχόμενος ἐπιτρίψω τινά* invenitur. Multis illud proverbium exponitur in scholiis [157] ad Aristophanis versum. Sed satis esse mihi videtur, quod breviter Hesychius [158] dicit: *παροιμία: μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν περὶ τὰ ἱερὰ δρωμένων. ἔθος γὰρ ἦν τῇ Ἑστίᾳ τὰς ἀπαρχὰς ποιεῖσθαι.* —

v. 278. Pronomen codicis *τι* Fritzsche mutat in *γε.* Blass autem scribit *τις ἔμφρων.* Coniectura illa simplicior eoque credibilior videtur; praeterea vocabulum *ἔμφρων* huic loco minus aptum est. Deinde codex offert *πασαναρχεται θέ-ι,* quod G. Hermann correxit in *πᾶς ἂν ἄρχεσθαι θέλοι,* Blass in *πᾶσιν ἄρχεται θεοῖς,* ex quibus coniecturis illam faciliorem et aptiorem esse puto.

v. 279. Hic versus paene interiit; nihil enim nisi *εὐχὰς πο* . . . servatum est; *ποιεῖσθαι* Hermann supplevit. —

v. 284. Iam tertia alterius fragmenti columna incipit: *θεᾶς* . . . *δόμων,* qui versus Meropi tribuendus est. *Προσελθεῖν* Burges correxit ex codicis *προσελθιν.* Sensus versus esse videtur, ut ad templum deae ex aedibus eius, qui dicit, aliquis accedere dicatur. In templo autem sine dubio sacra nuptialia fiebant. Quis autem vocabulo *θεά* significatur? Certe in Veneris, Phaethontis sponsae, cui templum est, aedes Phaethontem a choro duci iussit, cum plerumque sponsa viro deduci soleat. Itaque subiectum huius

[157] Cf. Fr. Dübner, Scholia Graeca in Aristophanem, Paris 1877, p. 154.
[158] Cf. M. Schmidt, Hesychii Alexandrini lexicon, Jena 1867 ², p. 270.

versus cum Wilamowitzio[159], quem Bapp[160] secutus est, Phaethon est, quamquam Goethe chorum virginum esse putat. Cum Godefredo Hermanno pro *προσελθεῖν* scribere *προσέλθῃ* necessarium non est. Potest quidem infinitivus pro imperativo esse; sed quoniam superiora desunt, de hac re nihil affirmari potest. —

v. 285—293. Ille famulus, postquam iussum regis perfecit, subito reversus Meropi nidorem fumi per commissuras ianuae ex thesauro provenire et intra domum nigrum fumum esse nuntiat ac pergit: Confer te in domum, ne Vulcanus iram domibus inferens aedificia igni comburat hoc laetissimo die Phaethontis nuptiali. —

v. 285—286. Codex habet *ωπατερ* et a correctore superscriptum est *δέσποτα,* quia famulus ita Meropem alloqui debet. — Legebatur *ἔστρεφα,* quod Burges mutavit in *ἔστρεψα*, item traditum illud *ζωση* G. Hermann recte in *σώζῃ*. Etiam in vocabulo *θηρανσμιτα* librarius neglegentia peccavisse videtur; substantivum *θησαυρίσματα* apud Euripidem saepius invenitur: Electr. 497; Ion 1394.

v. 287. Bekker pro *ἐξαμειβετε* recte scripsit *ἐξαμείβεται.*

v. 288. Substantivum *ἄησις* significat „flatum". Cf. Rhes. 417 *ψυχρὰν ἄησιν . . .*

v. 289. Locutione *προστιθέναι πρόσωπον* — admovere faciem — Euripides in una hac fabula usus esse videtur, cum alibi scribat: Phoen. 457, Hec. 343 *πρόσωπον στρέφειν* aut (Or. 958) *πρόσωπον βάλλειν.*

v. 291. Codex offert *ἀλλ' εσθ*, quod Bekker recte mutavit in *ἀλλ' ἔσιθ' ἐς οἶκον.* Cf. Hipp. 1067 *δόμους ἔσειμι*; Hel. 1167; Or. 1119 *ἔσιμεν ἐς οἴκους.*

v. 292. Rarum illud vocabulum *ἐπεισφρέω* Euripidi in deliciis est; afferuntur quidem El. 1033; Alc. 1056; Herc. F. 1267.

v. 294—302. Merops famulo respondet haec: Quid dicis? Vide, ne fumum suffimentorum incensorum huc delatum conspexeris. Sed famulus dicit se haec omnia vidisse et sine fumo esse. Postquam Merops interrogavit, scitne haec mea uxor an nescit? Clymenen in dis sacrificando versari respondet. Denique Merops consilium adeundi capit, cum eae res neglectae magnam calamitatem parare soleant. Antea autem orat: „Tu vero, ignis patrona Cereris filia et Vulcane, propitii sitis aedibus meis." —

v. 294. *Ὁράω* de timendo intellegendum est, quod Germanice significat: vielleicht, doch wohl. Cf. Alc. 1127: *ὅρα γε, μή τι φάσμα νερτέρων τόδ' ᾖ*; Rhes. 570: *ὅρα κατ' ὄρφνην μὴ φύλαξιν ἐντύχῃς.* —

---

[159] Hermes XVIII (1883) p. 413.

[160] Aus Goethes Griechischer Gedankenwelt, Das Erbe der Alten, Leipzig 1921, II, 6, p. 84.

v. 296. Multae coniecturae factae sunt in hoc versu. Legebatur a Bekkero et Blassio ηϑρησε καvπωτουσεχει. Hase in fine versus legerat καvπωτουσοδοι. G. Hermann correxit ἅπαντα ταῦτ' αἴϑρῃ τ' ἀκάπνωτοι ϑ' ὁδοί. Wecklein[161] autem suspicatus est: ἅπαντα ταῦτ' ἤϑρησε καvπωτουσεχει. Wilamowitz hunc totum versum ita restituit: ἅπαντα ταῦτ' ἤϑρησ'· ἀκαπνώτως δ' ἔχει. Sed Arnim[162] iure particulam δέ nec traditam nec necessariam, immo molestam ommittit.

v. 298. Verbo ϑυηπολέω — sacrifico — Euripides saepius usus est: El. 665 ἔνϑα νῦν ϑυηπολεῖ ϑεοῖς; ibid. 1134 οὗ πόσις ϑυηπολεῖ Νυμφαῖσιν.

v. 300. ληφϑέντα φαύλως est fere „leviter deprehensa". Cf. φαύλως φέρειν Eur. Iph. A. 850, 897; ὀρϑῶς λαμβάνειν Ps. Plat. Hipparch. 227 C; Eur. Ion 1410 καλῶς λαμβάνειν, de quibus verbis Wilamowitz in editione (p. 152) dicit: „λήψομαι in seinem Sinne ‚packen' . . ."

v. 301. Δήμητρος κόρη est Proserpina[163], quae iam apud Homerum est regina inferorum: I 457, 569; κ 491, 534. Conferre possumus hymnum Homericum II, qui est Εἰς Δήμητραν. Proserpinam raptam esse a Plutone inter omnes constat (v. 1—20). Deinde Pluto cum rapta ad inferos descendit. Proserpinam e longinquo clamantem audit Ceres et κυάνεον δὲ κάλυμμα κατ' ἀμφοτέρων βάλετ' ὤμων (v. 42 sqq.). Dianam et Minervam Plutoni restitisse dicit Euripides: Hel. 1315 ἃ μὲν τόξοις Ἄρτεμις ἃ δ' ἔγχει Γοργῶπις πάνοπλος. Post versum 42 multis verbis narratur Cererem filiam raptam una cum Latona — Ἑκάτη — sorore quaerere. Denique Iuppiter (v. 334 sqq.), cui Ceres magnopere irascitur, Mercurium ad Plutonem mittit, ut Proserpina matri reddatur. Cui Pluto quidem obtemperans Proserpinae tamen dat granum mali Punici (v. 372), ut ad inferos redeat. Mater autem Proserpinae reversae narrat illam quattuor menses anni apud inferos esse debere (v. 400). — Tota fabula varias subiit mutationes et vicissitudines. Apud Herodotum (II, 156) est[164] hoc: Αἰσχύλος ὁ Εὐφορίωνος . . . ἐποίησε . . Ἄρτεμιν εἶναι ϑυγατέρα Δήμητρος, ex quibus verbis Aeschylum Dianam cum Proserpina confudisse apparet, quod saepius invenitur[165]; nam utraque dea putatur lucifera. Apud Euripidem (Ion 1048) dicitur Εἰνοδία ϑύγατερ Δάματρος, quo loco verbis ϑύγατερ Δάματρος Proserpina signifi-

[161] Tragödien des Euripides, Sitzb. der k. b. Akademie der Wissensch. zu München, philos.-hist. Klasse (1888) I, p. 125.

[162] Supplem. Eurip., Bonn 1913, p. 77 v. 54.

[163] Cf. L. Bloch, Roscher, Lexikon II, 1311 sqq.

[164] Hermes XVIII (1883) p. 406 n. 1.

[165] Cf. Roscher, Lexikon II, 3185 sqq.

catur, quae est *Εἰνοδία* — *Ἑκάτη* in hoc versu. — Ad verba *πυρὸς δέσποινα Δήμητρος κόρη*[166] Wilamowitz adnotat[167]: „Dazu wird man wenig Ähnliches finden. Aber in der Tat berührt sich *Φερρέφαττα* — quae est Proserpina — sehr nahe mit Hecate und ist wohl erst mit der ‚Tochter' identifiziert, die in dem Verein der *θεὼ θεσμοφόρω* oder *σεμνώ* zunächst namenlos war. Nicht über das ‚freundliche Element' des Feuers, sondern über das gespenstige Feuer, wie über alles Gespenstige herrschen Hecate und Pherrephatta." — Similiter Wilamowitz in Euripidea fabula, quae inscribitur *Ἴων* (p. 135), iudicat. —

v. 302. Codex habet *ηφαιστε ειηρε πευμερεις*, quod Bothe sic corrigere sibi visus est: *Ἥφαιστέ τ' ἔστε πρευμενεῖς* et L. Dindorf *τ' εἶτε πρευμενεῖς*. — Bekkeri correctura *τ' εἴητ' εὐμενεῖς* Wilamowitzii sententia fieri non potest, quia legem Porsoni laedit. (Cf. Eur. Ion v. 1.) Contra Fr. Marx[168] elisione legem Porsoni non observatam excusari sententiam professus est. — Vocabulum *πρευμενής*, cum rarius sit (Aesch. et Eur.), facile falso scribi potuit. Multo saepius adiectivum *εὐμενής* invenitur. —

Versus 301 sq. cum aliis exemplis affert Schadewaldt[169] atque: „Die Amme", inquit, „bittet Hipp. 522 kurz Cypris um Unterstützung; in der Not ruft Odysseus Kyklops 350 ff. zu Pallas und Zeus, 599 ff. zu Hephaistos und Hypnos, dem Sproß der Nacht; denn durch Brand und Schlaf soll der Kyklop überwältigt werden." —

v. 303—316. Merops postquam abiit, chorus ancillarum, quae, ne omnia patefiant, timent, in scaenam se eicit; reginam orant, ut ad Oceanum patrem auxilii petendi causa eat. —

v. 303. Praescriptum est X̊. Nauck coniecit *ποῦ πόδα*, quo loco equidem cum Arnimio malim *ποῖ πόδα*. (Cf. Eur. Bacch. 184: *ποῖ καθιστάναι πόδα*; Or. 632: *ποῖ σὸν πόδ' ἐπὶ συννοίᾳ κυκλεῖς*.) Substantivum *πόδα* metri causa in versu 304 posui.

v. 305. Coniectura, quam Nauck proposuit *τίν' αἰθέρ' ἤ* — sic correxit G. Hermann ex tradito *τιναθερη* — in *ἀν' αἰθέρ' ἤ* esse mutandum, necessaria non esse mihi videtur. Sed *τίν' αἰθέρ'* cum sequenti verbo *ἐξαμαυρωθῶ*, quod apud Euripidem nullo alio loco inveniatur, coniungere minus aptum esse puto. Itaque iam Blass

---

[166] Cf. Griechische Mythologie, ed. Preller-Robert, Berlin 1894⁴, I, p. 806 n. 3.

[167] Hermes XVIII (1883) p. 406 n. 1.

[168] Molossische und bakcheische Wortformen in der Verskunst der Griechen und Römer, cf. Abhdlg. der sächs. Gesellsch. der Wissensch. XXXVII, 1 (1926) p. 150 sq.

[169] Monolog und Selbstgespräch (Neue philol. Unters., ed. Werner Jaeger, Berlin 1926, II) p. 101 n. 4.

signum interrogandi post *αἰθέρα* posuit, „ut suppleretur *πόδα καταστάσω* et *εἰς*". Verborum vero sensus Nauckii coniectura recepta non mutatur. Vocabulum *ἄφαντον* metro aptum equidem non distraxi.

v. 306. Adiectivum *ἀμαυρός* est: „obscurus": cf. Hom. δ 824 (835) *τὴν δ' ἀπαμειβόμενον προσέφη εἴδωλον ἀμαυρόν*, quo in versu significat „spectrum obscurum"; metaphorice aut „incertus": Aesch. Ch. 853 *ἐξ ἀμαυρᾶς κληδόνος λέγει μαθών*; aut „ignobilis": Ag. 466 *Ἐρινύες χρόνῳ τυχηρὸν ὄντ' ἄνευ δίκας — τιθεῖσ' ἀμαυρόν*; Eur. Andr. 204 *αὐτὴ τ' ἀμαυρὰ κοὐ τύραννος ἦ Φρυγῶν*; aut „infirmus": Eur. Herc. F. 124 *ὅτου λέλοιπε ποδὸς ἀμαυρὸν ἴχνος*; ibid. 231 *ἀμαυρὸν σθένος*; aut „tristis": Aesch. Ag. 546 *ἀμαυρᾶς ἐκ φρενός*; Ch. 157; aut „caecus": Soph. O. C. 182 *ἕπεο μάν, ἕπε' ὧδ' ἀμαυρῷ κώλῳ*; ibid. 1018; 1639. Wilamowitz de hoc vocabulo dicit [170]: *ἀμαυρός* wird nicht nur von den grammatikern (Orion Et. M. s. v.) sowol als ‚dunkel' wie als ‚schwach' erklärt, sondern die tragiker verwenden es in beiden bedeutungen: ‚dunkel' wiegt vor, doch öfter in Sophocles O. K. und bei Euripides hier und 231 ist ‚schwach' offenbar gemeint."

v. 307. In codice sunt *κατα* vel *καια φανησεται*, quae verba Burges recte mutavit in *κακὰ φανήσεται*, cum Bekker scribat *καταφανήσεται.*

v. 315. Nescio an Hermanni coniectura *γόνυ λιταῖς, σφαγάς* pro *γονυταισφαγας* recta sit.

v. 316. Verbum *ἀρκέω*, arceo, saepius invenitur: Hom. *Z* 16 *ἀλλά οἱ οὔτις τῶν γε τότ' ἤρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον*; *O* 534 *ὅς οἱ καὶ τότε παιδὸς ἀπὸ χροὸς ἤρκεσ' ὄλεθρον*; Soph. Ai. 535 *ἀλλ' οὖν ἐγὼ 'φύλαξα τοῦτο γ' ἀρκέσαι*; Eur. El. 1300 *οὐκ ἠρκέσατον κῆρας μελάθροις.*

Quod ad rem metricam attinet, versus 303 est dimeter iambicus, quem sequitur versus 304 quattuor ictibus praeditus, in quo iambum sequuntur duo anapaesti, claudit spondeus. Cf. etiam v. 308, in quo anapaestica et iambica syzygia coniunguntur. Versus 305/306 complectuntur iambicum metrum et hemiepes et - ⏑ - - duo scilicet metra iambica, quorum in altero prior, in altero utraque brevis est oppressa. Versus 307 constat ex interiectione ⏑ - -- et dochmio. Dochmii nobis occurrunt a versu 309 usque ad versum 316 excepto trimetro iambico in versu 312. --

v. 317 sqq. Subito audiuntur ex aedibus querelae Meropis: „Vae mihi! Eheu, mi fili!" Deinde chorus dicit: „Vocat infelicem filium non audientem." Similem versum Wecklein ex alia fabula Euripidea affert: (Alc. v. 404) *τὴν οὐ κλύουσαν οὐδ' ὁρῶσαν.* Post hos versus fragmentum nos deficit, ut suspicari tantum possimus,

---

170 Euripides' Herakles erklärt, Berlin 1909 ², p. 244 v. 124.

quomodo actio progressa sit. Sed fortasse aliquid certi cognosci potest, si diligentius in ea, quae antecedunt inquirimus. —

v. 321. Ante *των* legebatur vestigium litterae *α* et ante eam non *μ* sed *ψ*. Tres versus (322—324) huius columnae III deesse Blass putat. — Hoc loco Wilamowitz antistropham sequi oportere sentit, Wecklein[171] et Blass[172] autem initia versuum 325—346 (col. IV) monodiam nutricis Phaethontis continere opinantur, a qua opinione equidem non alienus sum. Nam in versibus 353, 355 et qui sequuntur persona, quae cum Merope loquitur, nota *Τροφ.*, *Τρ.* indicatur. Praeterea exstat teste Blassio ante versum 347 X̊, qua nota versus antecedentes chori non esse elucere videtur. Arnim[173], qui versus 347—363 supplere studuit, paedagogum Phaethontis nota *Τροφ.* significari putat, cum participia masculina (v. 206, 210) virum ostendant. (Cf. p. 52.) An etiam participio *εἰδώς* vir significetur (v. 359), equidem nescio. Blass vertit: „si resciveris, quid lucrabere?“ In fabulis enim Graecorum saepius masculinum pro feminino positum est[174]. Certo igitur mea sententia hoc diiudicari non potest. Quae persona monstrare videtur, quam celeriter gaudia in miserias mutari possint.

v. 347. Quo versu Meropem progredi in scaenam indicari elucet; quem portare Phaethontis corpus (v. 348) Blassii sententia est. Arnim autem adnotat[175]: „Daß Merops die Leiche des Phaethon trägt, ist keineswegs sicher.“ Phaethontem mortuum in scaenam iterum latum esse satis credibile est, etiamsi paulo ante audivimus: *ἀνίησ' ἀτμὸν ἐμφανῆ πυρός* (v. 244). —

v. 366. Apud Plutarchum (Mor. 465 A) enim est: *τὸ τοῦ τραγικοῦ Μέροπος οὐ πέπονθας οὐδ' ὥς ἐκεῖνον „εὐδαιμονίζων . . . ἐξέπληξέ σε“ τῶν φυσικῶν παθῶν*, quem locum Meineke ex Euripidis Phaethonte petitum ita restituit: *εὐδαιμονίζων . . . ἐξέπληξέ με*[176]. Wilamowitz[177] hoc fragmentum Meropi tribuit: „womit also Merops erklärt, weshalb er in der Festfreude etwas (den Donnerschlag oder das Fehlen Clymenes oder den Transport der Leiche) nicht beachtet hat.“ Wagner[178] ante Wilamowitzium iam dixit: „Haec verba quin huc pertineant vix potest dubium esse.“ — Certe

[171] Tragödien des Euripides, Sitzb. d. k. b. Akademie der Wissensch. zu München, philos.-hist. Klasse (1888) I, p. 125 sq.

[172] De Phaethontis Eurip. fragm. Clar., Kiel 1885, p. 15.

[173] Suppl. Eurip., Bonn 1913, p. 74 n.

[174] Cf. K. Rupprecht, Der Gebrauch maskuliner Formen bei Femininen = Philol. LXXXI (1926) p. 101 sqq.

[175] Suppl. Eurip., Bonn 1913, p. 78 v. 24.

[176] Cf. Arnim, Suppl. Eurip., Bonn 1913, p. 79 fr. 4.

[177] Hermes XVIII (1883) p. 409.

[178] Poetarum tragicorum Graecorum fragmenta, Breslau 1844, II, p. 399.

Merops, quae sit causa huius fortunae, cognoscere studet (cf. v. 358), at Clymenen ipsam clandestinam cum Sole consuetudinem Meropi patefecisse non puto, cum illi magnopere timenda sit crudelitas regis: v. 316 σφαγὰς σφαγὰς οἰκτρά τ' ἀρκέσαι σᾶς δειρᾶς. Fortasse ancillae, quae iam per nuntium causam huius calamitatis audiverunt (cf. v. 310 sq.), omnia dixerunt. Merops certe non ignoravit Clymenen in culpa esse, cum illam prodiderit is locus, quo corpus Phaethontis abditum erat: v. 252 μόνη δὲ κλῇθρ' ἐγὼ σφραγίζομαι. Cui quantopere Merops propterea irascatur, facile cogitamus. Sine dubio scaenam sequi oportet, ubi Merops et Clymene contra stant. Denique Euripidem in fabulae exitu deum ex machina nodum solventem adhibuisse, ut Merops et Clymene placarentur, conicimus. Quis deus succurrerit, dubium est. Viri enim docti, qui in hac fabula restituenda versati sunt, in diversas sententias abierunt. Ac F. G. Wagner [179] aut Oceanum aut Solem ipsum in scaenam progressum difficultatem expedivisse putavit. Quod ad Solem pertinet, sententiam Wilamowitzii sequor [180]: „Er konnte also zwar den Sohn nicht retten, wohl aber seine Pflicht, den Göttern und den Menschen Licht zu spenden, ohne fühlbare Störung erfüllen. Er bändigte die Rosse, bestieg den Wagen und fuhr den gewohnten Weg. Deshalb hat die Welt nichts von Phaethons Sturz erfahren. Zugleich folgt hieraus, da Helios erst in der Nacht auf seinem Schiffe nach der Burg zurückkehren konnte, daß er in unserem Drama nicht aufgetreten ist.“ Fortasse igitur iussu Solis alter deus has partes suscepit. Velut Hartung [181] et Wecklein [182] de Oceano cogitaverunt, cum chorus Clymenen oret v. 312 sqq.:

ὦ δυστάλαινα τῶν ἀμετρήτων κακῶν
πατρὸς ἴθι πρόσπεσε
Ὠκεανοῦ κόρα γόνυ λιταῖς . . .

Qui versus sententiam eorum sequi non cogunt. Nam dubium est, an Clymene ancillis obsecuta sit aut omnino obsequi potuerit. Immo Venerem, Phaethontis sponsam, in scaenam processisse credo, quae dea Wilamowitzio sola huic muneri apta esse videtur [183]: „Aphrodite selbst, auf die der Zuschauer so kunstvoll in Spannung gesetzt war, mußte erscheinen. Nur ihr Auftreten in eigener Person konnte die befremdende Brautschaft einigermaßen glaubhaft machen.“ Iam Rau [184] aut unam ex Heliadibus aut

---

179 Poetarum tragicorum Graecorum fragmenta, Breslau 1844, II, p. 399.
180 Hermes XVIII (1883) p. 406.
181 Euripides restitutus, Hamburg 1844, II, p. 207.
182 Sitzb. der k. b. Akademie der Wissensch. zu München, philos.-hist. Klasse (1888) I, p. 126. 183 Hermes XVIII (1883) p. 432 sq.
184 Epistola de Euripidis Phaethonte, Leyden 1832, p. 58.

sponsam Phaethontis deum ex machina q. d. fuisse dixit. Neque vero habemus, quod cum Carolo Bapp[185] de Venere magnopere dubitemus. —

Dea fortasse primum animos Meropis et Clymenae mitigavit, deinde parentibus praecepit, ut corpori Phaethontis iusta facerent. Plutarchus ipse quoque Phaethontis memor de fulmine ictis dicit (Mor. 665 C.): *πολλοὶ γὰρ οὔτε καίουσιν οὔτε κατορύττουσιν, ἀλλ' ἐῶσι περιφράξαντες ὥσθ' ὁρᾶσθαι τοὺς νεκροὺς ἀσήπτους ἀεί,* ex quibus verbis Phaethontem neque combustum neque humatum esse apparet. Euripides ipse (Suppl. 937) Capanea fulmine ictum *ἱερὸν νεκρὸν* nominat. Et ad versus 863 sqq. adnotat E. Rohde[186]: „Offenbar soll der alsbald folgende Opfertod der Euadne nicht einem Frevler und Götterfeinde gelten dürfen: darum bildet Euripides das Bild des Capaneus ins Edle um; und nun kann ihm der Blitztod des Helden nicht als Strafe gelten, sondern als Auszeichnung." Deinde pergit: „Als ein Todter höherer Art soll Capaneus denn auch von den andern Leichen getrennt und *παρ' οἴκους τούσδε* (v. 940) — d. i. vor dem *ἀνάκτορον* der Göttinnen zu Eleusis [89, 291] — verbrannt werden: 937. 940. 1012 ff." —

De Phaethontis igitur corpore, num simile aliquid fieri possit, quaerimus. —

v. 367—368. Atque apud Athenaeum quidem (XI, 503 D), quo loco de voce *ψυκτήρια* agitur, est: *Εὐριπίδης Φαέθοντι: ψυκτήρια δένδρεα φίλαισιν ὠλέναισιν δέξεται* (v. 367—368 = Arnim, Suppl. Eurip. p. 79 fr. 5), i. e.: Arbores refrigerantes amicis brachiis amplectentur. Ubi quid sit obiectum verbi *δέξεται,* subtilius inquirendum erit. Apud Athenaeum vocabulum *ψυκτήρια* ita exponitur: „*Νίκανδρος δ' ὁ Θυατειρηνὸς καλεῖσθαί φησιν ψυκτήρια καὶ συσκίους τόπους τοὺς τοῖς θεοῖς ἀνειμένους, ἐν οἷς ἐστιν ἀναφῦξαι.*" Atque in Aeschyli fragmento (Nean. fr. 146 N.[2]) idem fere sensus invenitur: *αὔρας ὑποσκίοισιν ἐν ψυκτηρίοις.*

In Euripidis fragmento legebatur *ψυκτήρια δένδρεα,* neque intellego, cur *δένδρων* Dobree proposuerit. Forma quidem *δένδρεα* apud Euripidem est: Bacch. 563 *σύναγεν δένδρεα μούσαις.* Adiectivum *ψυκτήριον* apud Euripidem alio loco non inveni. — *Φίλαισιν ὠλέναισιν* eleganter de illis arboribus dictum est, et *δέξεται* pro *λέξεται* recte a Casaubono restitutum videtur,

Quae cum ita sint, iure A. Dieterich[187] dicit: „Worte, die sich recht wohl auf den Hain des Sonnengottes beziehen könnten", et

---

185 Aus Goethes griechischer Gedankenwelt, Das Erbe der Alten, Leipzig 1921, II, 6 p. 85.

186 Psyche, Tübingen 1910 5. 6, I, p. 321.

187 Nekyia, Leipzig 1913 2, p. 96.

eandem fere sententiam profitetur W. Nestle[188], qui hunc versum (367/8) cum aliis confert, ex quibus Euripidem secundum opiniones vulgares animas mortuorum deos fieri credidisse perspicitur aut professum esse. *Μάκαιρα δαίμων* appellatur a choro Alcestis mortua (1003). Cf. Troad. 55 sq.:

μῶν ἐκ θεῶν του καινὸν ἀγγελεῖς ἔπος,
ἢ Ζηνὸς ἢ καὶ δ α ι μ ό ν ω ν τ ι ν ὸ ς π ά ρ α ;

Hel. 1137: *ὅ τι θεὸς ἢ μὴ θεὸς ἢ τ ὸ μ έ σ ο ν.*

His perspectis iam considerandum est, quid significet Sophoclis fragmentum (N.² fr. 297): *ἐν Διὸς κήποις ἀροῦσθαι μόνον εὐδαίμονος ὄλβους.*

Antiquis apparet temporibus homines hortum deorum heroumque esse putavisse, de quo Dieterich dicit[189]: „Der Garten wurde immer mit der Sonne und dem Sonnengotte in Verbindung gedacht: er lag dort, wo die Sonne aufgeht . . . Ad Phaethontis igitur fabulam „hortum“ omnino aptum esse putamus. Ac fragmentum Stesichori habemus, quo lauri nemus umbrosum commemoratur: *ὁ δ' ἐς ἄλσος ἔβα δάφναισι κατάσκιον ποσὶν πάις Διός*[190]; ad hoc igitur nemus si illud fabulae Euripideae fragmentum referre licet, Phaethon, qui mortalis filius Meropis putatur, ad verum patrem Solem venit. Phaethon hoc modo immortalis factus est. (Cf. etiam: Holland „Beiträge zur Erklärung der Maecenaselegien“ = Wiener Stud. XLV [1926/27] p. 86.) —

Falso igitur Meineke (Exerc. in Athen. spec. 1 p. 37) meo quidem iudicio hos versus in oratione Solis posuit, quia Ovidius (met. II, 76 sqq.) dicit:

„forsitan et lucos illic urbesque deorum
concipias animo delubraque ditia donis
esse: per insidias iter est formasque ferarum.“

Cui sententiae iam Blass iure obstitit[191]: „Non credo, neque enim hic totus Ovidii locus Euripidem sapit.“ —

In extrema denique parte fabulae locum ad Eridanum situm significari plurimi docti (Rau, Wagner, Hartung, Wecklein, Bapp) consentiunt. Locus frigidus et amoenus sine dubio hoc fragmento indicatur. Sed Eridanum flumen fuisse in hac fabula satis audacter positum mihi videtur. In Euripidis enim Hippolyto dicit chorus (v. 735 sqq.):

---

188 Euripides, Der Dichter der griechischen Aufklärung, Stuttgart 1901, p. 167.

189 Nekyia, Leipzig 1913², p. 21.

190 Cf. Anthologia lyrica Graeca, ed. E. Diehl, Leipzig 1925, II, p. 41, fr. 6 v. 5 sq.

191 De Phaethontis Eurip. fragm. Clarom., Kiel 1885, p. 18.

ἀρθείην δ' ἐπὶ πόντιον
κῦμα τᾶς Ἀδριηνᾶς
ἀκτᾶς Ἠριδανοῦ θ' ὕδωρ.
ἔνθα πορφύρεον σταλάσ-
σουσιν ἐς οἶδμα πατρὸς τάλαι-
ναι κόραι Φαέθοντος οἴ-
κτῳ δακρύων
τὰς ἠλεκτροφαεῖς αὐγάς.

Quibus versibus Wilamowitz addit[192]: „Die Vorstellungen vom Eridanos sind die uns aus Ovid, den Athenern aus Aeschylus' Heliaden, nicht aus Euripides' Phaethon geläufigen." Euripidem novisse Phaethontis fabulam, quae ab Hesiodo[193] narrata et ab Aeschylo[194] in fabula, quae *Ἡλιάδες* (N.² fr. 68—73) inscribatur, tractata sit, ex illis versibus concludere licet, et Plinii haec (nat. hist. XXXVII 2, 11): „Phaethontis fulmine icti sorores luctu mutatas in arbores populos lacrimis electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem, quem Padum vocavimus, electrum appellatum, quoniam sol vocitatus sit *ἠλέκτωρ,* plurimi poetae dixere, primique, ut arbitror, Aeschylus, Philoxenus, Euripides, Satyrus, Nicander" ad carmen Hippolyti Euripideae sine dubio referenda sunt. Pergit Plinius: „Diligentiores eorum Electridas insulas in mari Hadriatico esse dixerunt, ad quas delaberetur Padus", quae verba ipsa quoque ad Hippolyti locum apta sunt. Sequentia autem apud Plinium non ad hanc fabulam referenda esse putaverunt Rau et Blass, quorum sententiam equidem sequi non possum. Plinius autem: „Nam quod Aeschylus" inquit „in Iberia, hoc est in Hispania, Eridanum esse dixit eundemque appellari Rhodanum, Euripides rursus et Apollonius in Hadriatico litore confluere Rhodanum et Padum, faciliorem veniam facit ignorati sucini in tanta ignorantia orbis". Haec autem verba accuratius interpretato Plinium ipsum vel auctorem eius de geographia erravisse in mentem venit. Idem fere censet scholiastes[195] ad Euripidis Hippolytum (v. 735 sqq.): „*ὁ δὲ Ἀδρίας πέλαγός ἐστι μέγιστον πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ. Ὁ δὲ Ἠριδανὸς ποταμὸς Κελτικῆς.*" Iam Luzacius (Exerc. acad. p. 52), quocum Wilamowitz (Hermes XVIII [1883] p. 427 n. 3) consentit, recte verba Plinii ad ipsum Hippolytum referenda esse pro certo habuit et Wecklein (Berl. Philol. Wochenschr. 1885, 1324) hanc opinionem confirmare studuit. Euripidi Eridanus est

---

[192] Euripides' Hippolytos, Griech. und Deutsch, Berlin 1891, p. 217.

[193] Cf. K. Robert, Hermes XVIII (1883) p. 434 sqq.; G. Knaack, Quaestiones Phaethonteae = Philol. Unters. VIII (1886) c. I, p. 3 sqq.

[194] Cf. K. Robert, ibidem, p. 439; G. Knaack, ibidem c. II, p. 17 sqq.

[195] Cf. Scholia in Euripidem, ed. E. Schwartz, Berlin 1891, II, p. 91 v. 736.

flumen occidentis. Male etiam Blass[196] versus Hippolyti Euripideae intellexisse mihi videtur; nam Rhodanum flumen esse Eridanum Euripides non dicit. Immo Euripides, qui in Hippolyto fabulam inter omnes notam per chorum reddit, eo tempore fabulam *Φαέθων* componere nondum in animo habuit[197]. Qua in fabula componenda Eridano flumine uti non potuit, cum scaenam huius fabulae in orientem transtulisset. Quare Phaethon in terram, non in Eridanum cursu ineunte deicitur, itaque casus a Merope et virginibus non animadvertitur. Deum vero ex machina q. d. fabula exeunte corpus Phaethontis ad Eridanum portandum curavisse incredibile esse mihi videtur. Ergo ultimo fragmento (v. 367—368) optime nemus deorum heroumque significari posse puto. —

Wilamowitz denique sententiam professus est Venerem in fine fabulae nuntiavisse Phaethontem inter astra collocari[198]. Testimonium huic sententiae cum omnino desit, Bapp[199] recte de Wilamowitzii opinione dubitavit. Nihilominus exitus huius fabulae Euripideae obscurus esse mihi videtur. —

Heliadum Euripides in fabula vix mentionem fecit, cum Phaethon, qui re vera filius Solis et Clymenes est, sed Meropis filius putatur, Heliades sorores putare non posset, quam sententiam iam Wilamowitz, Blass, Wecklein professi sunt. Maxime praeterea dubium est, an Euripides in hac fabula commemoraverit electrum, quod sine Eridano et Heliadibus ineptum erat. In hac autem fabula tractanda poeta, ut vidimus, suum quoddam institutum persecutus est, qua de causa eam iuvenis poetae non esse fortasse concludi potest. —

Caput IV

Quando haec Euripidis fabula composita sit.

Primam fabulam trilogiae fuisse, fortasse cognosci potest ex parodo, quae multo mane agitur. Wilamowitz quidem affirmat[1]: „Ohne Zweifel war der Phaethon ein Jugenddrama“, quam sententiam etiam Arnim[2] secutus fabulam ante 425 constituit. Zielinski[3] autem, qui recens quaestionem de chronologia habuit, hanc

---

196 De Phaeth. Eurip. fragm. Clarom., Kiel 1885, p. 19.

197 Cf. K. Münscher, Hermes LXII (1927) p. 164 n.

198 Hermes XVIII (1883) p. 433.

199 Aus Goethes griechischer Gedankenwelt, Das Erbe der Alten, Leipzig 1921, II, 6 p. 84 sq.

1 Berliner Klassikertexte V, 2 (1907) p. 81.

2 Supplem. Euripid., Bonn 1913, p. 67.

3 Tragodumenon libri tres, Krakau 1925, p. 232.

tragoediam secundum solutiones in trimetris liberi stili aetati (415—409) attribuendam esse putat. Etiam dimetri choriambici conveniunt libero stilo. Sententiae Zielinskii recte addit Münscher[4]: „Dazu stimmt es, daß Eur. im III. Stasimon des erhaltenen Hipp. (von 428) (732 ff.) den Chor vom Tode Phaethons im Eridanos singen läßt, noch ohne an die seltsame Sagenform zu denken, die er später im Phaethon dramatisiert hat.“ Körte[5] ipse quoque probat, quae Zielinski de hac Euripidis fabula dixit: „Bei der stetigen Entwicklung, die Euripides' Trimeterbehandlung zeigt, scheint mir die Annahme, der Dichter habe in seiner Jugend die Auflösungen frei gehandhabt, sei als reifer Mann plötzlich in Alcestis, Medea, Hippolytos, Heracliden zu sehr strengen Gesetzen gekommen und habe diese dann mit zunehmendem Alter schrittweise wieder aufgegeben, methodisch höchst bedenklich.“ — Zielinski dicit[6]: „Phaethon“ in 85 trimetris 19 solutiones ostendit, qui classicus est liberi stili 22,4 %. Sunt autem hae:

In I pede: 771, 3 *Ἥλιος* [v. 3], 774, 3 *σφαλερός* [v. 136], 779, 49 *ἀλλ' ἔσιθ'* [v. 291], 782, 2 *δένδρεα* [v. 368].

In II: 779, 9 *θαλάμοις* [v. 251], 35 *ὑμεναίοισιν* [v. 277].

In III: 771 *Μέροπι* [v. 1], 776. 2 *τί ποτε* [v. 175], 3 *ὅτι* [v. 176], 779, 1 *Λιβυκόν* [v. 182], 6 *πτεροφόρων* [v. 189], 13 *ὀνόματ'* [v. 255], 41 *τέμενος* [v. 284], 47 *φλόγα* [v. 289], 48 *μέλανος* [v. 290], 50 *μέλαθρον(α)* [v. 292], 784, 3 *παραδίδωσι* [v. 181].

In IV: 779, 51 *Φαέθοντος* [v. 293], 785 *γυμνάσια δ' οἰχοίατο* [v. 201]. —

Caput V

Unde Euripides materiam sumpserit.

Euripides unde materiam sumpserit, Wilamowitz et Robert (Hermes XVIII [1883] p. 416 sqq.) accurate investigaverunt, quae paucis verbis exponam. Apud Homerum est (Il. *Λ* 735) *ἠέλιος φαέθων*, quo loco *φαέθων* nihil nisi adiectivum cum *ἠέλιος* iunctum est. Initio igitur Phaethon erat Sol, et Robert[1] Phaethontis fabulam ex Solis occasu habere originem putavit: „Allabendlich stürzt der Sonnengott im Westen nieder und allabendlich erglänzen das Firmament und die Berge in roter Glut, als sollte die Welt in Flammen aufgehen. Es brauchte nun bloß dieser regelmäßig wiederkehrende Vorgang als einmaliges Ereignis aufgefaßt und

---

[4] Hermes LXII (1927) p. 164 n.
[5] Berl. Phil. Wochenschr. 1927, 585.
[6] Tragodumenon libri tres, Krakau 1925, p. 232.
[1] Hermes XVIII (1883) p. 440.

der Sonnengott Helios-Phaethon zu dem Heros, dem Sonnenkind Phaethon hypostasiert zu werden, und der Mythus war fertig.“ Knaack [2] autem vocabulum *φαέθων* „ein ziemlich nichtssagendes Epitheton“ esse dixit, quam sententiam nuper F. X. Kugler [3] refutavit. Meo iudicio Solis occasus optime materiam casui Phaethontis dare potuit. — Phaethon, filius Solis et Rhodae, ab Homeri scholiasta (*ϱ* 208) affertur. Qui Phaethon currum patris conscendens — sive sua sponte sive patrem precibus aggressus — ictu fulminis deicitur. Sorores autem in populos mutatae lacrimis electrum effundunt. Ille Phaethon, Solis et Rhodae filius, e prioribus fabulis repetitus videtur [4], in quibus Phaethon est lucifer. —

Altera fabula apud Hesiodum [5] (Theog. 986 sqq.) invenitur, ubi Phaethon est filius Aurorae et Cephali ab illa rapti (cf. Hipp. 454). Qui adulescens a Venere raptus custos templi factus est. De quo recte iudicat Wilamowitz [6]: „Phaethon, der Sohn des Helios, ist mit dem Sohne des Kephalos seiner Natur nach schlechterdings nicht zu identifizieren.“ Tota fabula subtiliter perquisita [7] ille vir doctissimus concludit (p. 423): „Auf alle Fälle sind Eos und Kephalos das durch die Natur gegebene Elternpaar.“ — Euripides fabulam novisse videtur, in qua Phaethon amabatur a Venere. Clymenen vero aut ille ipse in Aurorae locum substituit aut fabulae conformationem, quae nomen Clymenes iam habebat, secutus est. Cum Clymene, quam mortalem Oceani filiam fecit, Sol clandestinum commercium habet, ex quo Phaethon ortus est. Ita scholiasta Homeri dicit [8]: (*λ* 326): *ἔνιοι δὲ αὐτὴν τὴν Κλυμένην προγαμηθῆναί φασιν Ἡλίῳ, ἐξ ἧς Φαέθων ἐγένετο παῖς.* Iam Euripides filium Aurorae et filium Solis commiscuit. Venerem sponsam filii Solis fingit. Apud Hesiodum est de Venere (Theog. 990 sq.):

καί μιν (Phaethontem) *ζαθεοῖσ' ἐνὶ νηοῖς*
νηόπολον νύχιον ποιήσατο, δαίμονα δῖον,

et chorus fabulae Euripideae canit (v. 262—263):

τῷ τε νεόζυγι σοὶ
πώλῳ, τὸν ἐν αἰθέρι κρύπτεις.

Phaethon, Solis filius, a vero patre currum petit et auriga imperitus fulmine Iovis deicitur.

---

[2] Cf. Roscher, Lexikon III, 2, 2201.

[3] Sibyllinischer Sternkampf und Phaethon (in naturgeschichtlicher Beleuchtung), Münster 1927, p. 37.

[4] Cf. G. Knaack, Roscher, Lexikon III, 2, 2178.

[5] Cf. p. 7.

[6] Hermes XVIII (1883) p. 426.

[7] Ibidem p. 416 sqq.

[8] Cf. Scholia Graeca in Homeri Odysseam, ed. G. Dindorf, Oxford 1885, II, p. 507.

Praeterea Euripides totam fabulam magnopere exornavit. Exempli causa affero fragmentum, quod complectitur versus 182—193, in quo Sol rectori currus paterni dat necessarias institutiones.

Quod ad Phaethontis casum attinet, F. X. Kugler [9] Deucalionis undas et Phaethontis casum, quae ad visa caelestia referenda essent, eodem tempore facta esse putavit, quae sententia incredibilis esse mihi videtur. (Cf. Knaack, Quaestiones Phaethonteae [1886] p. 9.)

Caput VI

Quid Euripidis Phaethon apud antiquos valuerit.

Fabula quid apud antiquos valuerit, Wilamowitz explicat [1]: „Die Tragödie des Euripides hat keinen entscheidenden Einfluß auf die Gestaltung der Sage in der Folgezeit gehabt.“ Re vera quae haec tragoedia de Phaethonte singularia ac nova habet, eorum notitia raro occurrit. Primo quidem saeculo p. Chr. n. Plutarchus et auctor libri, qui *περὶ ὕψους* inscribitur, fabulam Euripidis noverunt et legerunt (cf. supra p. 46 sqq., p. 70 sqq.). Cicero (de off. III, 94) cum ea consentire videtur: „Sol Phaethonti filio — facturum se esse dixit, quidquid optasset. Optavit, ut in currum patris tolleretur; sublatus est; atque is, antequam constitit, ictu fulminis deflagravit.“ Quo de consensu verbis „antequam constitit“ dubitationem moveri [2] concedere non possum, quia apud Euripidem Phaethon, antequam caeli verticem consecutus est, deicitur. Nuperrime vero W. Kranz [3] L. Annaeum Senecam in prologo Herculis fur. (125 sqq.) componendo chori parodum Phaethontis Euripideae (67 sqq.) secutum atque imitatum esse suo iure contendit. —

---

[9] Sibyllinischer Sternkampf und Phaethon (in naturgeschichtlicher Beleuchtung), Münster 1927, p. 47. Cf. W. Gundel, Gnomon IV (1928) p. 449—451.

[1] Hermes XVIII (1883) p. 396.

[2] Cf. Roscher, Lexikon III, 2, 2186.

[3] Hermes LXIV (1929) p. 499 sq.

Capitum index.

Vita

Natus sum Hermannus Volmer in Guestfalensi oppido, cui est nomen Wiedenbrück, a. d. V. Id. Sept. anni 1903 patre Hermanno, matre Anna e gente Beckhöfer. Fidem profiteor catholicam.

Litterarum elementis imbutus primum Scholam Superiorem patriae meae quinque annos, deinde gymnasium Beccumense adii. Mense Martio anni 1924 maturitatis testimonium adeptus primum per duo semestria studiis iuris in alma matre Monasteriensi, deinde per septem semestria studiis philologicis in universitate Oenipontana et Monasteriensi me dedi.

Docuerunt me viri doctissimi Oenipontani: Dengel, Jüthner, Kalinka, Kastil, Lehmann-Haupt, Sitte; Monasterienses: Bruck, Brunswig †, Erman, Ettlinger †, Greving, His, O. Hoffmann, Jacobi, Janssen, Krückmann, Krüger, Mausbach, Münscher, Münzer, Naendrup, Philippi, de Salis, Schöne, Sonnenburg, Wackernagel, Wätjen, Weber, Wiese †, Wilhelm-Kästner.

Quibus viris omnibus de studiis meis optime meritis gratias habeo amplissimas imprimis C. Münschero, qui hac in commentatione conscribenda consilio atque opera benignissime me adiuvit.